Isocra. ad Demo. μηδένα φίλον ποιοῦ, πρίν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις. *Neminem tibi adiungas amicum, priusquam quomodo prioribus amicis usus sit, explo-raueris.*

Aristo. 4. Ethi. ὧν δ' ὅτι χρεία τις, ἔστι τὸ τοις χρῆσθαι ἢ εὖ ἢ κακῶς. *Quarum rerum usus aliquis est, ijs & rectè & peruersè uti licet.*

Menander.

Σοφοῖς ὁμιλῶν, κἀυτὸς ἐνβήσῃ σοφὸς
κακοῖς ὁμιλῶν, κἀυτὸς ἐνβήσῃ κακός.

Si cum sapientibus uersatus fueris, & ipse eris sapiens.

Si cum malis uersatus fueris, & ipse eris malus.

Sextus. μὴ ὀνειδίσῃς τῷ φίλῳ σου χάριτας. ἔσῃ γὰρ ὡς οὐ δεδωκώς. *Ne exprobres amico tuo beneficia. Secus enim eris tanquam non dederis.*

Isocra. ὃς πιστεύει τοῖς παροῦσιν, ἀνόητός ἐστι *Qui rebus præsentibus confidit, stultus est.*

Pindarus. συμποσίῳ πρέπει ἡσυχία. *Tranquillitas conuiuio conuenit.*

Appendix.

Verba

Verba composita nunquam habent datiuum vel alium casum ui præpositionis, cum qua componuntur. Vt,

Chryso. Αμήχανον τὸ τέλος ἐκπεσεῖν τὸν ὅλῃ διανοίᾳ ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίζοντα. *Impossibile est, ut à fine seu scopo aberret, qui tota mente in Deum sperat.*

Libanius. Συγχαίρειν χρὴ τοῖς φίλοις, καλῶς πράττουσιν, ὡς καὶ συναγλεῖν λυπουμένοις. *Cum amicis feliciter agentibus, seu beatis gaudendum est, & cum tristantibus dolendum.*

II. REGVLA.

Datiuum significantem instrumentum, causam vel modum agendi, propemodum omnibus actiuis, & aliorum etiam generum verbis subijcimus. Vt,

πολεμίζειν γλώττῃ. *Bellare lingua.*

Clemens. θηρεύουσι τοῖς μὲν κυσὶ τοὺς λα-

γωοὶς οἱ κυνηγοὶ, τοῖς δὲ ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί. *Canibus uenantur uenatores lepores, laudibus autem plebei ſtultos.*

Diodorus. τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα χειρωθῆναι, τῷ χρυσῷ ῥᾳδίως ἔστι καταπολεμῆσαι. τῷ ἀργυρίῳ γὰρ ὑποτάσσεται πάντα. *Quæ armis dominari non poſſunt, auro facile eſt expugnare. Pecuniæ enim obediunt omnia.*

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τί ἄρα ζῴων κάλλιστον, ἔφη, ἄνθρωπος παιδείᾳ κεκοσμημένος. *Socrates interrogatus quod animal eſſet omnium pulcherrimum, Homo inquit, diſciplina & eruditione ornatus.*

Chryſoſto. οὐ τῷ μέτρῳ ἄρα διδομένων ἐλεημοσύνη κρίνεται, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῆς γνώμης. *Eleemoſyna non æſtimatur ex menſura largitionis, ſed ex animi liberalitate.*

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. *Argenteis pugna telis, & omnia uinces. Sic reſpondit oraculum Philippo interroganti, quo pacto poſſet potiri victoria.*

III. REGVLA.

Verba

Verbo ὄφλω habendi significatione vtimur cum dativo, vt,

οὐκ ἔστι μοι ἀργύριον. *Non est mihi argentum.*

Eurip.

οὐκ ἔστι παισὶ τοῦτο κάλλιον γέρας,
ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.
Non liberis est pulchrius munus aliud,
Quam liberos dici parentis optimi.

I. Appendix.

Nonnunquam ὑπάρχει *in eadem significatione ponitur. vt,*

Epictet. θυγάτηρ ἀλλότριον κτῆμα ὑπάρχει τῷ πατρί. *Filia est patri aliena possessio.*

II.

Ἐστὶ *aliquando personam genitivo designat, & sequitur ferè infinitivus vt,*

Grego.

Grego. ἔστι ἀνδρὸς μεγαλονόφρονος, φίλων ἀποδέχεσθαι μᾶλλον ἐλευθερίαν, ἢ ἐχθρῶν κολακείαν. Est uiri magnanimi, amicorum potius libertatem approbare, quàm inimicorum adulationem.

Sextus. πενίαν φέρειν, οὐ παντὸς, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ. Paupertatem rectè ferre, non cuiusuis est, sed uiri sapientis.

Δὶς ἐξαμαρτεῖν τὸ αὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ. Sapientis haud est bis in eodem labier.

III.

Ἔστι *sæpè impersonaliter pro licet aut potest accipitur, & tunc vel datitum vel accusatum vel omnino nullum casum adsciscit. Vt,*

Eurip. οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ὧν οὐδενί. Non licet in quoquam reperire uitam tristicia uacuam.

Chryso. οὐκ ἔστι τὸν ἀρετῆς ἐπιμελούμενον, μὴ πολλοὺς ἔχειν ἐχθρούς. Fieri non potest, quin qui uirtutis studiosus est, plurimos habeat hostes.

Σωμρά-

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις ἄλυπος διάγοι, τοῦτο ἀδύνατον εἶπεν: οὐ γὰρ ὅστις πόλιν ἢ οἰκίαν οἰκοῦντα καὶ ἀνθρώποις ὁμιλοῦντα, μὴ λυπεῖσθαι. *Socrates interrogatus quomodo quis uitam triſticia uacuam degeret, reſpondit.* Hoc *fieri non poteſt.* Nam *qui in ciuitate aut familia habitat & cum hominibus uerſatur, non poteſt non aliquando triſtari.*

Demoſth. Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ οὐκ ἄνευ τούτων οὐδέν ὅστι γενέσθαι τῶν δεόντων. *Pecunijs certe quidem opus eſt, nec ſine his præclarum quicquam geri poteſt.*

III.

Loco τοῦ ὅστι *nonnunquam* ἔνι *uſurpatur. Vt.*

Chryſo. τὴν μὲν χρημάτων τὴν ζημίαν πάλιν ἔνι λαβεῖν: λόγον δὲ ἐκπηδήσαντα ἅπαξ, ἀνακτήσασθαι πάλιν οὐκ ἔνι. *Pecuniæ quidem iacturam reſarcire licet: ſermonem autem ſemel elapſum, reuocare non licet.*

Cyrill. οὐκ ἔνι ἐκ τοῦ παραχρῆμα λαμβάνειν τὰς ἀρετάς. σμικροῖς γὰρ τὰ μέγιστα πῶς ἄν τις ἕλοιτο πόνοισιν. *Virtutem ilico aſſequi impoßibile eſt. Quomodo enim quam minimis laborio-*

laboribus res longe maximas aliquis assequi queat.

DE VERBIS CVM ACCVSATIVO.

REGVLA.

Actiua verba & eorum significationem habentia accusatiuos adsciscunt. Vt,

Demost. μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν. *Parua potius largire, quàm magna promitte.*

Plutar. φρόνησις εὐτυχίαν ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται, τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιεῖ. *Prudentia ut plurimum bonam fortunam donat: fortuna uerò prudentiam non facit.*

Diogenes. Νεκρὸν ἰᾶσθαι καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταυτόν ἐστι. *Mortuum curare & senem erudire, idem est.*

I. Appendix.

Huc & miserendi verba pertinent. Vt,

Matthæ. οὐκ ἔδει καί σε ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν

δούλου, ὡς κἀγώ σε ἐλέησα. *Nonne & te oportuit misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?*

II.

Quoduis verbum nominis ab eo deducti accusatiuum admittit. Vt,

Matth. 2. ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν μεγάλην. *Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno.*

Basilius. ὁ τὰ ἑτέρου λαμβάνων, καὶ ἑτέροις διδοὺς, οὐκ ἐλέησεν, ἀλλὰ καὶ ἠδίκησεν ἀδικίαν τὴν ἐσχάτην. *Qui alijs eripit & alijs dat, non misericordiam exercuit, sed extremam iniusticiam operatus est.*

Ilia. πολλῶν ἀγορευόντων, τῷ πείσεται, ὅσκον ἄρισκη βουλὴν βουλεύσῃ. *Cum multi congregati sunt, illi optemperes, qui optimum consilium dederit.*

III.

Græcis vsitatum est coniungere nomen & verbum ita vt nomen reddendum sit, quoties in aliam linguam hæc forma sermonis transfundenda est. Vt,

ποιεῖσθαι φάσιν, *id est, apparere.* ποιεῖσθαι μετά-

μετάβασιν, *id est transire. Quod si uerbum pro uerbo reddere uelis, erit inepta uersio, abhorrens à consuetudine linguæ latinæ,* Facere *apparitionem,* Facere *transitionem.*

Hanc græcam consuetudinem loquendi imitatus est Paulus Philip. 2. ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. *Hæc ad uerbum expressa admodum obscurè sonant: Qui cum esset in forma* Dei, *non rapinam arbitratus est esse æqualem* Deo. *Sed sententia est:* Non *rapuit æqualitatem* Dei. *Posuit enim* ἡγήσασθαι ἁρπαγμὸν, *pro rapere. Similis phrasis extat* Ebræ. 10. καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, *id est,* Et *sanguinem testamenti prophanans.*

Hanc ipsam formam sermonis usurpat & Thucyd. *lib.* 8. *pag.* 212. Στρομβιχίδης λάμψακον ἀτείχισον οὖσαν ἑλὼν, καὶ σκεύη καὶ ἀνδράποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος. *Strombichides postquam cepit* Lampsacum, *quod non erat munitum, rapuit uasa & mancipia.*

Deinde in dicto Pauli, *oratio infinitiua,* τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, *debet conuerti in nomen, ut sæpè fit apud* Græcos, Præsertim *quando articulus neutri generis præponitur, ut patet infra ex regulis de* Infinitiuis *pro* Nominibus *usurpatis.*

Quoduis

IIII.

Quoduis verbum construitur cum accusatiuo, si subaudiatur κτῆ. *vt,*

γέγραφε τὸν εἰρημένον τρόπον, *pro* κτῆ τὸν εἰρημένον τρόπον. *Scripsit iuxta dictum modum.*

V.

Græci passim vtuntur accusatiuis per synecdochen. vt,

ἀλγέω τὴν κεφαλήν, Doleo *caput.*
πλήττομαι τὸν πόδα. Percutior *pedem.*
Sopho. Antigo. ἔγνωκα κἀυτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας. *Intelligo ipse & perturbor mente.*

VI.

Attici vsurpant accusatiuum loco datiui, vbi significant bene aut male fieri cuipiam. vt,

Plato. ὅταν βούληται θεὸς εὖ πρᾶξαι πό-

λιμ, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐποίησεν: ὅταν δὲ μέλ= λῃ κακῶς πράξαι πόλιν, ἐξαίρει τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πόλεως ὁ θεός, *Quando uoluit Deus benefacere ciuitati, uiros bonos fe= cit seu misit: Quando uero uoluit malè facere ciuitati, sustulit ex ciuitate bonos uiros Deus.*

Epictet. πρόντας μὲν τοὺς φίλους δεῖ εὖ πράττειν, ἀπόντας δὲ εὐλογεῖν. *Amicis præ= sentibus beneficia, absentibus bona uerba, con= ferre oportet.*

Matth. 5. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦντας ὑμᾶς. *Benefacite illis, qui uos oderunt.*

Sophoc. ὦ ἄνδρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκό= τας κακῶς. *O homo, ne malè facias mortuis: hoc est, ne insultes mortuis.* XB.

Sæpè Verba faciendi construun= tur cum duobus accusatiuis, Vno per= sonæ, altero rei. Vt,

ποιῶ, ἢ δρῶ, ἢ ἐργάζομαί σε τοῦτο. *Facio ti= bi hoc. Huius generis etiam est* λέγω. *Solon.* μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνηκότα. *Ne maledicas mortuo.*

Pittacus. τὸν φίλον μὴ κακῶς λέγε. *Ne di= cas aliquid mali de amico.*

VII.

Pari=

Pariformiter lonquuntur paſsiuè. Vt.

εὖ ποιήσω σε. *Benefaciam tibi. Sic* σὺ ἐυ ποιηθήσῃ παρ' ἐμοῦ.

Baſilius. οὐκ ἐλέησας, οὐκ ἐλεηθήσῃ. *Non miſertus es, non miſericordiam conſequeris.*

Idem. Αναγκαῖον ὄφλημα, τὴν εἰς θεὸν ἀγαπὴν, ἐπαιτούμεθα, ὃ τῇ ἐλλειπούσῃ ψυχῇ πάντων κακῶν ὄντων ἀφόρητον. *Neceſſarium debitum, Amor Dei, à nobis poſtulatur. Hoc enim ſi careat anima, malum ſuſtinet, præ omnibus alijs, inprimis intolerabile.*

VIII.

Paſsiua recipiunt ad ſe eum accuſatiuum, quem habet Verbum actiuum poſt datiuum acquiſitiuum. Vt,

πιστεύειν τινὶ τὴν κοινὴν φροντίδα. *Credere ſeu committere alicui curam communem, hoc eſt Rempublicam.*

Eodem modo & paſsiuè dicitur, πιστεύεσθαι τὴν κοινὴν φροντίδα. *ut.*

Baſilius. ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευ-

μῶ, ὡς ὀφείλω λόγον δοῦναι περὶ ἑκάστου πῶν πεπιστευμένων, οὕτως διακείτω.

Cui cura communis seu gubernatio publica credita est, is ita affectus esto, tanquam debeat de singulis creditis reddere rationem.

Grego. μύρον δοχεῖον ἄπρεπτον οὐ πιστεύεται. *Putrido uasi non committitur unguentum, Multa efferunt Græci hoc modo per passiuum quæ Latinè aliter reddenda sunt.*

DE PASSIVIS MEDIIS ET NEVTRIS.

PRIMA REGVLA.

PAssiuorum proprius casus est genitiuus cum præpositione ὑπὲρ vel περὶ *aut alia simili.* Vt,

Moschion. ὑπὸ πολλῶν διαβάλλεσθαι κακῶν, οὔτε ἀληθὲς, οὔτε βλαβερόν. τὸ δὲ ὑφ' ἑνὸς ἀγαθοῦ ψέγεσθαι, καὶ ἀληθὲς καὶ λυσιτελές.

A multis malis traduci, neq; uerum neq; damno-

damnosum est: ab uno autem bono reprehendi, & uerum & utile est.

Διδάσκομαί ὑπό σου. Doceor à te.

Isocra. ὅταν ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταῦτα πάσχει τοῖς ἅρμασι τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. Cum mens à uino opprimitur, idem facit, quod currus, qui suos agitatores amiserunt.

Exceptio.

Nonnunquam genitiuus in datiuum mutatur. Vt,

πεπόικταί μοι τοῦτο. pro ὑπ' ἐμοῦ. Hoc à me factum est. διδάσκομαί σοι pro ὑπό σου. Doceor à te.

Demosth. οὐκ ἐμοὶ πεπραγμένων οὐ μέμνηται. Non meminit illorum, quæ à me facta sunt.

Sophocl. Antig. εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον σωίκμ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.
Aut Hæmonis uocem audio, aut à dijs fallor.

II. REGVLA.

Verba, quæ non habent terminationem passiuam, & tamen per se passionem aliquam significant, eandem cum passiuis recipiunt constructionem. Vt,

πάσχω ὑπό σου. *Patior à te.*

Demona. Ελάσω κακὰ πάσχουσιμ ἄνθρωποι ὑπὸ φίλων ἐχθρῶμ, ἢ ὑπὸ φίλων φίλωμ. τοὺς μὲν γὰρ ἐχθροὺς δεδότες φυλάσσονται: τοῖς δὲ φίλοις ἀνεωγμένοί εἰσι, καὶ γίνονται σφαλεροὶ μᾶλλον εὐεπιβούλευτοι.

Pauciora mala contingunt hominibus ab inimicis, quàm ab amicis. Inimicos enim cum metuant, ab eis cauent: amicis uerò aperti sunt, unde periculis exponuntur, & insidijs ipsorum facile capiuntur.

Xenophon. Ἐκεῖνος τέθνηκεν ὑφ ὑμῶν ἀνὴρ ἀγαθὸς ὤν. *Ille à nobis interfectus est cum uir bonus esset.*

III.

Verba media & actiuorum & passi-

passiuorum constructionem obtinent
Vt,

Βιάζομαι τὸν ἐχθρόν, *lædo inimicum:* &
Βιάζομαι ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, *lædor ab inimico.*

DE INFINITIVIS.

I. REGVLA.

Infinitiuus construitur cum altero verbo, & resoluendus est, vel per ἵνα, τελικῶς. *Vt,*

Exodi. Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πίειν καὶ ἀνέστησαν παίζειν. *Sedit populus edere & bibere, & surrexit ludere, id est, ut ederet, biberet & luderet.*

Christus Matth. 20. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. *Filius hominis non uenit, ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret.*

Vel per ὅτι, εἰδικῶς. *Vt,*

λέγω Σωκράτην γεγονέναι σοφόν.

Dico Socratem fuisse sapientem, uel dico quod Socrates fuerit sapiens.

II.

Infinitiuus sepe ponitur loco coniunctiui, addito ὡς *vel* ὥστε, *vel præpositione cum suo casu. Vt.*

Παρακαλῶ σε ὥστε τυχεῖν, uel τοῦ τυχεῖν, uel ἐφ' ᾧ τυχεῖν τιμῆς καὶ δόξης. Hortor te, ut consequaris honorem & gloriam.

Plutarch. οὕτως ζῆν προαιροῦ, ὡς μήτε ὑπὸ πλειόνων δυνατώτερων κατα φρονεῖσθαι, μήτε τοῖς ἐπὶ δεεστέροις φοβερὸς εἶναι.

Ita uiuere instituas, ut neq; à potentioribus contemnaris, neq; inferioribus metuendus sis.

III.

Infinitiuus aliquando duplicatur vt,

ὁρῶ σε μελετᾷν πλουτεῖν. Video te studere diteſcere, hoc est ut diteſcas.

Demoſt. 1. Olynth. ὅτι τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει

ἔχει προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν σὺν βουλομένων συμβουλεύειν. *Quod cum ita ſit, uos quoq; æquum eſt, eos qui conſulere uelint, benignè attentèq; audire.*

IIII.

Quando infinitiuus & uerbum præcedens pertinent ad eandem perſonam, non opus eſt accuſatiuo. Vt,

Ἔφη ποιήσειν. Dixit ſe facturum.

Iſocrat. μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν: ἡ γὰρ ἂν ἄλλους λάθῃς σαυτῷ γε σωιδήσεις. *Numquam flagitioſè aliquid committas ſpe celandi, & occultandi. Nam tametſi alios fugiat, tibi tamen tu eris conſcius.*

V.

Accuſatiuus non ſolum propriius caſus eſt infinitiuorum præcedens infinitiuos, ſed etiam nominatiuus, præcipue ſi is regatur à caſu uerbum finitum præcedente. Vt,

φησὶν ἀυτὸς αὔτιος εἶναι. *Dicit se autorem esse, ubi* αὔτιος *regitur ab* ἀυτός.

Plutarch. ὁ Περικλῆς καλούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, οὐχ ὑπήκουσε, λέγων ἀσώματος εἶναι. *Pericles cum à populo sæpè uocaretur, non paruit, se commentatum esse negans.*

VI.

Casus sequens Infinitiuos εἶναι *&* γένεσθαι, *conuenit plerunq; cum nomine præcedente. Vt,*

Varen. οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσιν ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι. *Neq; dignum censent, regibus esse amici pro amicos.*

Aristo. Polit. 1. τοῦ εἶναι δοκοῦντος, ἀγαθοῦ χάριν, πάντα πράττουσι πάντες. *Omnes ad id quod utile uidetur, omnes suas actiones referunt.*

Plutarch. τοῖς τοίων ἐπιθυμοῦσιν ἐνδόξων τέκνων γενέσθαι παιδίσιν, ὑποθείμην ἂν ἔγωγε μὴ ταῖς τυχούσαις γυναιξὶ συνοικεῖν. λέγω δὲ, οἷον ἐταίραις ἢ πανδαναῖς. *Qui clarorum liberorum patres esse student & cupiunt, hos ego admoneo, ne cum quibusuis mulieribus,*

ribus, utpote cum ſcortis & pellicibus, con=cumbant.

Chryſoſto. πᾶϛ ἀνάγκη τὸν μέλλοντα ἐυαρεσεῖν τῷ θεῷ καὶ σόκιμον εἶναι καὶ ἁγνὸν μὴ τὸν ἄνετον καὶ ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον διώκειν βίον: ἀλλὰ τὸν ἐπίπονον καὶ μόχθων γέμοντα πολλῶν καὶ ἱδρώτων. *Maximè ne=ceſſarium eſt, ut is, qui Deo placere & probus ac caſtus eſſe uult, non degat uitam ſupinam, mollem & diſſolutam: ſed laborioſam multisq; negotijs & ſudoribus plenam.*

Talia ſunt.

Lucan. lib. 9. *Tutumq; putauit iam bonus eſſe ſocer: pro eſſe bonum ſocerum.*

Claudianus. Natura beatis.

Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit uti.

VII.

Infinitiuis ſæpè adijcitur Verbum μέλλω *in omnibus temporibus, ſed per futurum plerunq; explicatur, ſiue adiunctum præſenti ſit ſiue futuro. Vt,*

μέλλω ποιεῖν *uel* ποιήσειν. *faciam uel facturus ſum.*

Bias. ὃ μέλλεις ποιεῖν μὴ λέγε, ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ. *Quod facturus es ne dixeris. Si enim non succedat, irrideberis.*

Isocrat. ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρότερον, πῶς ὑπὲρ τῶν ἄυτοῦ διῴκησεν. *Cum de tuis rebus aliquem adeas & consulas, disce prius, quemadmodum sua administrare & gubernare soleat.*

DE INFINITIVIS PRO NOMINIBVS VSVRPATIS.

REGVLA.

Infinitiui cum articulis ponuntur pro nomine in omni casu.

Exempla de nominatiuo.

Chrysosto. οὐ τὸ μαθεῖν ἔγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἀγνοεῖν κατηγορία. *Discere non est uitiosum ignorare uerò culpandum.*

Plutarch. πηγὴ καὶ ῥίζα καλοκαγαθίας, τὸ νομίκ

νομίμου τυχεῖν παιδείας. *Fons & radix est omnis honestatis legitimam consequi institutionem.*

Idem. τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ὄξὶ. *Vulgo placere, sapientibus displicere est.*

Appendix.

Sæpe hic Infinitiuus resoluendus est per ὅτι. *Vt,*

Demost. τὸ γὰρ εἶναι ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον, *hoc est,* ὅτι ὄξὶν ἐκεῖνος εἷς ὢν κύριος. *Quod ipse unus dominus est.*

Sic & in Præterito. Vt,

Demosth. τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι καὶ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως. *Nam quod multa in bello perierunt, hoc est amisimus, nostræ negligentiæ meritò assignaueris.*

Exempla de nominatiuo & genitiuo.

Grego. Nyssenus. τὸ καλῶς ἔχειν ὀλίγα, πολὺ τιμιώτερον τοῦ κακῶς ἔχειν πολλά. Honestè pauca habere, multò honorificentius est, quàm inhonestè multa possidere.

Demost. τὸ φυλάξασθαι τὰ ἀγαθὰ, τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον. Bona conseruare difficilius est, quàm acquirere.

Plato in Gorg. βέλτιόν ἐστι τὸ ἀδικεῖσθαι, τοῦ ἀδικεῖν.

Accipere, quàm facere præstat iniuriam. Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν. Ex aspectu nascitur amor.

Exempla de datiuo.

Chrysost. μὴ τῷ κακῶς ἀκούειν ἀλγῶμεν, ἀλλὰ τῷ δικαίως ἀκούειν κακῶς.

Ne doleamus quod malè audimus, sed quod iustè malè audimus.

Isocrat. ad Demon. Ἐν τῷ ῥαθυμεῖν, καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν, εὐθὺς αἱ λύπαι ταῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι. In ocij & libidinum ingurgitationumq; amore, continuò dolores uoluptatibus commiscentur.

Exempla de accusatiuo.

Eurip.

Eurip.

ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γινώσκομεν.
Omnes in monendo ſapientes ſumus,
Cum autem ipſi aliquid facimus, non intelligimus.

Iohan. 7. καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. *Et multis coecis reddidit uiſum.*

Appendix.

Hic infinitiuus ſæpè latinè in coniunctiuum mutandus eſt, addendo coniunctionem cauſalem. Vt,

Philip. 2. ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. *Deus eſt qui efficit in uobis, ut & uelitis & ut perficiatis.*

Iſocrat. Nico. οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι, τὸ δὲ ἀυτῶν ἀξιοῦν τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς. *Omnibus iniquiſſimum uideri arbitror, ut eadem bonis & malis tribuantur.*

SYNTAXIS

DE GERVNDIIS ET SVPINIS.

INfinitiui pro gerundijs & Supinis, quibus græci in ſua lingua carent, vſurpari ſolent.

I. REGVLA DE Gerundijs.

Infinitiuus cum adiectiuo ponitur loco Gerundij in Di. vt.

λέγειν ἀγαθὸς Dicendi peritus.
δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι. Peritus utendi, ſeu ad utendum rebus. Demoſt.
Sic Virg. Soli cantare periti.

II.

Infinitiuis cum articulo genitiui caſus vtuntur Græci eo loco, quo Latini

Latini gerundijs in Di, vel ſimplici-ter, vel addentes cauſa, vel gratia, aut verbo coniunctiuo præcedente. Vt,

Iſocrat. δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν ἴσμεν ἀφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. *Duæ ſunt tantùm loquendi oportunitates: aut de ijs, quæ bene noſti, aut de quibus eſt neceſſe dicere.*

Lucæ ult: καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. *Et ingreſſus eſt manendi cauſa, ſeu ut maneret cum ipſis.*

Iſocr. τὸ λέγειν ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα. *Dicere ut oportet, maximum ſapiendi indicium eſt.*

II.

Infinitiuus cum articulo datiui caſus, ponitur loco Gerundij in Do. Vt.

Sopho. Ἐν τῷ μὴ φρονεῖν ἥδιστος βίος. *In non ſapiendo iucundiſſima uita eſt.*

Idem in Oedipo Colon. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν ἔνεσιν ἡ ὀλάβεια πᾶσι ποιουμένοις. *In discendo inest scientia rerum agendarum.*

Appendix.

Aliquando ponitur pro genitiuo absoluto, maximè si sequitur Accusatiuus. Vt,

ἡνίκ' ἐγένετο ἐν τῷ καταικλιθῆναι αὐτόν, *pro* κλιθέντος αὐτοῦ. *Et factum est sedente eo, uel, cum sederet ipse.*

ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανόν, *pro* βασιλεύοντος Τραϊανοῦ. *Regnante Traiano, uel cum regnaret Traianus.*

Tale est & illud Psalm. 101. Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι λαοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ βασιλεῖς τοῦ δουλεύειν τῷ κυρίῳ. *In conueniendo populos in unum, & reges, ut seruiant Domino. Hic Latini Grammatici de constructione rixantur, cũ sit forma orationis contra Latinam consuetudinem ex Græco expressa. Est autem sententia: conuenientibus populis & regibus, seu, Cum conueniunt populi simul, & reges, ut seruiant Domino. Pingit hic uersiculus Eccle-*

siæ

ſiæ concordiam, teſtatur etiam ad Reges Euan=gelion pertinere, & hanc curam Regum eſſe de=bere, ut populos ad pietatem inuitent, deniq; propter hunc finem homines ad ſocietatem eſſe conditos, ut ornent gloriam Dei.

III.

Præpoſitio aliqua ſignificans mo=tum ad aliquid, addita infinitiuo, ef=ficit, vt ponatur infinitiuus loco Ge=rundij in Dum, vel pro ſupino prio=re, vt.

ἔξειμι πρὸς τὸ μάχεσθαι. Exco ad pu=gnandum, uel Exco pugnatum.

REGVLA DE SV=pinis.

Vbi nos vtimur poſteriori ſupino in TV, Græci vtuntur infinitiuo vt,

Iſocra. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μη=δὲ λέγειν εἶναι καλόν. *Quæ turpia factu ſunt, ea ne dictu quidem honeſta exiſtimes.*

Diogenes. τοῖς νοσοῦσι τὰ ὄμματα, τὸ μὲν φῶς ἀνιαρὸν ὁρᾷν, τὸ δὲ σκότος ἄλυπον καὶ φίλον. *Illis qui ex oculis laborant, lux aſpectu moleſta eſt, tenebræ uero charæ & minimè moleſtæ ſunt.*

DE VERBALIBVS IN EON.

I. REGVLA.

VErbalia in εον, quæ alio nomine & Aduerbia poſitionis vocantur, ſignificantia neceſſitatem agendi, perinde ac Gerundia in dum, datiuum vel accuſatiuum adſciſcunt, aliquando ſine caſu ponuntur. Vt,

ἰτέον ἐμοὶ. *mihi eundem eſt.* ἰατέον τὴν νόσον. *Curandum morbum.*

Philon. φίλον ἡγητέον, τὸν βοηθεῖν καὶ ὠφελεῖν ἐθέλοντα. κἂν μὴ δώῃται. *Amicus iudicandus eſt, qui iuuare & prodeſſe cupit, etiamſi non poſſit.*

Idem

Idem. εὐδαιμονισέον μὲν καὶ πόλιν καὶ χώραν καὶ οἰκίαν, ὅταν ἔχῃ τινὰ ἀνδραῖον: κακοδαιμονισέον δὲ, ὅταν ἔρημον ᾖ τοιούτων.

Felix iudicari meretur & ciuitas & regio & familia, cum aliquem uirtute præditum habet: Infelix autem cum tali uiro caret.

Euripi. οἰκτέον καὶ ἐλπιστέον. Ferendum est & ſperandum.

Ariſto. Ἔχειν τὴν ἀρετὴν καὶ χρῆσθαι πειρατέον. Enitendum eſt, ut non ſolum uirtus adſit, ſed ut ea etiam utamur.

II.

Sæpè caſum ſuorum verborum adſciſcunt. Vt,

Gregori. μνημονευτέον θεοῦ μᾶλλον, ἢ ἀναπνευτέον, Sæpius de Deo cogitandum eſt, quam ſpirandum.

Gregori. Thaumaturg. εὐσεβείας ἐπὶ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν, ὀρθῶς λέγοντες, αὕτη γὰρ ὄντως ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν. Præcipuam pietatis curam habere conuenit, quam non immeritò uirtutum parentem nominant. Hæc enim omni-

um uirtutum principium & finis est.

Simoni. Νέοις ζηλωτέον τοὺς γέροντας. *Iuuenes debent imitari seniores. Sic* Ouid. *Vtendum est ætate.* Virg. *Pacem Troiano ab rege petendum.*

III.

Verbalibus nonnunquam Verbum substantiuum additur. Vt,

λεκτέον ἐστὶ. *legendum est.* γραπτέον ἐστὶ. *scribendum est.*

IIII.

Loco Verbi substantiui ἐστὶ quandoq; additur eius participium Atticè. Vt,

οἶδα γραπτέον ὄν. *Scio scribendum esse.*

V.

Attici Vtuntur numero plurali pro singulari. Vt,

γρα-

γραπτέα ἐμοὶ, pro γραπτέον ἐμοί. Mihi ſcribendum eſt.

Sopho. ἀνῶ κρατόντων δεῖ πάντ' ἀκουσέα. Magiſtratibus omnino obediendum eſt.

VI.

Sæpè etiam Verbalia more adiectiuorum efferuntur. Vt,

Ariſto. ὁ ἀγαθὸς μόνῳ τιμητέῳ. Solus bonus honore afficiendus eſt.

Baſilius. ἡ δὲ ἀληθὴς φρόνησις διάγνωσίς ἐστι πρᾶξεων καὶ ἀπράξεων. Vera autem prudentia diſcretio eſt rerum quæ faciendæ ſunt, & non faciendæ.

DE PARTICIPIIS.

PRIMA REGVLA.

VSVS Participiorum multò latius patet apud Græcos, quàm apud Latinos. Quod enim latinè dicimus per Coniunctiuum, præcedente, CVM, hoc illi

plerung elegantius efferunt per Participium. Vt,

Isocrat. Πρὸς τὸν πατέρα σου γράφων ἐπιστολήν. *Cum ad patrem tuum literas scriberem.*

Idem ad Demon. Ἡγούμενος οὖν πρέπειν τοὺς δόξης ὀρεγομένους, καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους, τῷ ψευδαίῳ, ἀλλὰ μὴ τῷ φαύλῳ εἶναι μιμητάς &c. *Cum igitur existimarem, eos qui & gloriam expetunt, & ad eruditionis laudem contendunt, bonorum & non malorum debere esse imitatores.*

II.

Hæc Participia, ὤν, οὖσα, ὄν, *fere per, cum sit, vel, cum esset, exponuntur. Vt.*

Aristo. Ethi. 3. καὶ διαφέρει πλεῖσον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ ταληθὲς ὢν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. Excellitq; sapiens maximè in perspiciendo, quid in quaq; re ueri sit, cum sit quasi regula atq; norma rerum omnium.

Psal.

Psal. 48. ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκεν. *Homo cum in honore esset, non intellexit.*

III.

Participia aliquando vim causarum efficientium habent. Vt,

Demosth. Olynth. 1. ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι. *Quare cum hæc ita esse intelligatis, dico oportere uos uelle.*

Ibidem. πάντα δὴ ταῦτα δεῖ σωιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν. *Hæc igitur omnia cum sciatis, omnes debetis ferre auxilium.*

IIII.

Participia imitantur verborum suorum constructionem. Vt,

Chrysost. οὐκ ἔστι πένης ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐπιθυμῶν: οὐκ ἔστι πλούσιος ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μηδενὸς δεόμενος.

Non pauper est, qui nihil habet, sed qui multa desiderat. Non diues est, qui multa possidet, sed qui nulla re indiget.

Plato. πᾶσα ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἀλλ' οὐ σοφία φαίνεται. *Cicero in officijs hoc Platonis dictum sic reddidit.* Præclarum igitur Platonis illud, Non solum, inquit, scientia, quæ est remota à iusticia, calliditas potius quàm sapientia est appellanda, uerumetiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet, quàm fortitudinis.

Sextus. ὁ διαβαλὼν φίλον, μὴ εὐδοκιμείτω, κἂν ἀληθῆ λέγῃ. *Qui calumniatur amicum, non laudetur, licet uera dixerit.*

Menand. πολλὰ πράττων, πολλὰ καὶ ἁμαρτάνει. *Qui multa agit, in multis etiam peccat.*

IIII.

Duo genitiui coniunguntur designantes consequentiam, quorum alter nominis uel pronominis, alter participij: ut,

Nilus. πάντων σε πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐκδέχου μεταβολήν. *Cùm omnia tibi prosperè succedunt, expectes mutationem.*

Agesi=

Agesilaus. Ανδρίας ὐδὲν ὄφελος, μὴ παρούσης δικαιοσύνης. *Nullus est fortitudinis usus, absente iusticia.*

Sextus. μὴ τιμωμένης ἀρετῆς, ἡ κακία παῤῥησιάζεται. *Vbi uirtus non honoratur, ibi malicia libertate fruitur.*

I. *Appendix.*

Pro hoc genitiuo sæpe vsurpant Attici accusatiuum, & ferè cum ὡς, ὥσπερ & ὅπως. *Vt.*

ταῦτα ἐγνωκότας ὑμᾶς, *pro* ταῦτα ἐγνωκότων ὑμῶν. *Hæc intelligentibus uobis.*

Et, ὡς ἀυτὸν τοῦτο ποιήσαντα *pro* ἀυτοῦ τοῦτο ποιήσαντος. *Ipso hoc faciente, uel cum hoc faciat.*

II.

Vtuntur & Infinitiuo cum articulo datiui casus, sicut dictum est supra in regulis de Gerundys. Pag. 47.

V.

Parti=

Participium pro infinitiuo ponitur in verbis perseuerandi, desistendi, inueniendi & significantibus animi affectionem. Vt,

Ἀγαπῶν με διατέλει, pro ἀγαπᾷ. *Perseuerat me diligere.*

Plutar. Εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥωμῇ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. *Qui propter robur corporis insolenter se effert, is sciat se à sententia multum aberrare.*

Chryso. Οὐ παύεται λογισμοὺς ἡ διανοία τίκτουσα, σὺ δὲ τοὺς μὲν φαύλους ἔκτιλλε, τοὺς δ' ἀγαθοὺς γεώργει. *Mens non cessat parere cogitationes, tu autem malas euelle, bonas uerò exerce.*

Isocra. ad Demo. Ἐν πολλοῖς, ὦ δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τὰς τῶν σπουδαίων γνώμας καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. *In multis rebus, Demonice, animaduertimus inter bonorum animos & malorum uoluntates plurimum interesse.*

μέμνημαι ἰδὼν, pro ἰδεῖν *memini me uidere.*

Isocra. ad Demo. μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις

ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης. *Magnifices si ipse non commiseris, quæ in alijs reprehendis.*

IIII.

Loco coniunctiui præteriti perfecti actiui plerunq; vtuntur Græci participijs. vt,

ἐὰν ἀδικῶς τυγχάνῃ. *Si iniuste egerit.*
ἐὰν τύχῃ γεγραφώς. *Si scripserit.*

Appendix.

Hoc Atticis fit in omni modo & tempore, adiunctis τυγχάνω, ὑπάρχω, ἐιμὶ. *vt,*

τίς σὺ τυγχάνεις ὤν; *Quis tu es.*

Sopho. χάρις χάριν γὰρ ὄφειν ἢ τίκτουσ' ἀεί. ὄφειν τίκτουσα. *pro* τίκτει. *Beneficium semper parit beneficium.*

Plutar. φίλοινοι καὶ μεθυσικοὶ γίνεσθαι φιλοῦσιν, ὧν ἂν τὴν ἀρχὴν τῆς ὥρας οἱ πατέρες ὦσι μέθῃ ποιησάμενοι τύχωσιν. *Violenti*

σ

& ebrioſi fieriſſolent, quorum Patres ebrij cum uxoribus concubuerunt.

DE PRONOMINE.

I. REGVLA.

VTuntur Græci genitiuis pronominum primitiuorum pro poſſeſſiuis, ſicut ſupra in prima regula de Syntaxi nominum dictum eſt.

II.

Tertiæ perſonæ poſſeſſiua, ſola non copulatur cum alia perſona, ſine altera voce, quæ ſignificat poſſeſſionem.

Nam Solæciſmus eſſet, ſi quis diceret, ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με. Sed dicendum eſt, ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς φιλεῖ με. Ipſorum filius amat me.

Poteſt etiam ſine poſſeſſiuo efferri, ut ὁ παῖς αὐτῶν φιλεῖ με.

PRONOMINVM.

DE PRONOMINE

ΑΥΤΟΣ.

REGVLA.

Relatiuum αὐτὸς *postponitur pronominibus cuiuscunq; personæ. Vt,*

ἐμοῦ αὐτοῦ ἀκούω. *me ipsum audio.* σοῦ αὐτοῦ ἀκούω. *Te ipsum audio.* ἐκεῖνος αὐτὸς ὁμολογεῖ. *Ille ipse confitetur.*

Lucæ 2. σοῦ δ' αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαῖα. *Tuam autem ipsius animam transibit gladius.*

I. Appendix.

Relatiuum αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, *cum datiuo iunctum, similitudinem vel collationem significat. Vt,*

οὐκ αὐτὸ τοῖς ἄλλοις κατανοέω. *Non idem quod alij sentio, potest etiam subintelligi præpositio* σὺν.

II.

Αὐτὸς *aliquando ponitur in datiuo de qua constructione vide 4. Appendi. 8. regulæ, de Syntaxi nominum.*

DE

SYNTAXIS

DE COMPOSITIS PRONOMINIBVS.

I. REGVLA.

CVm fit reflexio in se, vel in suam possessionem, Græci vtuntur compositis pronominibus, & non primitiuis vel deriuatis. Vt,

γνῶθι σεαυτόν. *Cognosce te ipsum.* γνῶθι σαυτοῦ φύσιν. *Cognosce tuam ipsius naturam.* φίλει σαυτὸν. *Ama teipsum.* φίλει σαυτοῦ γυναῖκα. *Ama tuam coniugem.*

Menander. ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια. *De te ipso non recites encomia.*

φιλῶ δ' ἐαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. *Nemo se ipso amat quenquam magis.*

II.

Si autem fit reflexio à possessione in possessionem, vel aliud subiectum, vtuntur simplicibus & non compositis. Vt,

πατέ-

πατέρα τιμᾷ ὁ ἀυτοῦ παῖς. *Patrem honorat ſuus filius:* Non ἑαυτοῦ παῖς.

Item. θέλει διδάσκαλός με ἔρχεσθαι πρὸς ἀυτὸν, Non ἑαυτόν. *Vult præceptor, ut ad ſe veniam.*

ἕκαστος ἀυτοῦ τὸ βδέμα μᾶλλον γλυκίον ἡγεῖται. *Vnusquiſq; ſuum ipſius crepitum malo ſuauiorem exiſtimat.*

III.

Græci vtuntur pronomine ἑαυτοῦ *in omni perſona. vt,*

ἑαυτοὺς ἀγαπῶμεν, *nos ipſos diligimus.* ἑαυτοὺς ἀγαπᾶτε, *uos ipſos diligitis.* ἑαυτοὺς ἀγαπῶσι *ſe ipſos diligunt.*

Sic & in ſingulari. Iohan. 18. σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπε περὶ ἐμοῦ. *Tu à te ipſo hoc dicis, an alius tibi dixit de me.*

Clitarchus. ὀφείλομεν ἑαυτοὺς ἐθίζειν ἀπὸ τῶν ὀλίγων ζῆν, ἵνα μηδὲν αὐχρὸν ἕνεκεν χρημάτων μάθωμεν. *Debemus nos aſſuefacere, ut ex paucis uiuamus, ne quid pecuniæ gratia turpe diſcamus.*

SYNTAXIS.

DE ARTICVLO PRAEPOSITIVO.

I. REGVLA.

ADiectiuum postpositum suo substantiuo, si habet articulum, cohæret illi immediatè, & fit subiectum.

πλάτων ὁ ἀγαθός ἔστιν. Ille bonus est Plato.

Si verò non, fit prædicatum. Vt,

πλάτων ἀγαθός ἔστιν. Plato est bonus.

II.

Nominibus substantiuis subiecti loco positis, præponitur articulus. Vt,

Iohan. 1. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.

Et

Et Deus erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.

Menander.

εἷς ὅδι δ᾽ ἔλεγ᾽ οἰκίας ὁ δεσπότης.
In quaq; seruus unus est Herus domo.

III.

Nominibus adiectiuis, quoties ad alterius declarationem pertinent articulus additur, vt.

Διονύσι᾽ ξιφῶνι τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρ-
ειν. *Dionysius Triphoni, illi optimo uiro saluere.*
Sæpe etiam omittitur articulus.

Formulæ autem inscriptionis literarum hæ sunt.

πλάτων δημοσθένει τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν, *uel* πλάτων δημοσθένει τῷ ἀγαθωτάτῳ. *uel* πλάτων δημοσθένει εὖ πράττειν. *uel* πλάτων δημοσθένει φιλοσόφῳ. *uel* πλάτων δημοσθένει ὑγιαίνειν, *uel deniq;* πλάτων

δημοσθένει ἓυ διάγειν. hoc est: Plato Demosth. S. P. D.

IIII.

Articulus sine casu respondente, cum genitiuo nominis substantiui, possessionem significat. Vt,

τὰ τῶν φίλων κοινὰ. Amicorum omnia communia.

τὰ Ἡροδότου. scripta Herodoti.

Plutar. μεγαλαυχίας ἐμπίπλαται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων διασήμων. Superbia efferuntur clarorum hominum liberi.

Subintelligendum est autem aliquod substantiuum, qualia sunt,

χρῆμα, υἱὸς, θυγατὴρ γυνὴ, ῥῆμα, γράμμα, *aut simile.*

V.

Articulus sine suo nomine præpositioni alicui præfixus, vult commodum

modum aliquod ſubintelligi Participium. Vt,

πάτερ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *ſcilicet* ὤν. *Pater noſter qui es in cœlis.*

Matth. 5. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν: τοὺς πρὸ ὑμῶν, *ſcilicet* ὄντας. *Sic perſecuti ſunt Prophetas, qui ante uos fuerunt.*

Gregori. Neocæſa. ὁ τὴν ἡμέραν δοὺς, καὶ τὰ εἰς τὴν ἡμέραν σοὶ δώσει. *Qui diem dedit, dabit etiam tibi, quæ in diem neceſſaria ſunt.*

Chryſoſto. τὰ παρὰ σοῦ φιλούμενα, κἂν σμικρὰ τυγχάνει, μεγάλα τῷ ποθοῦντι φαίνεται. *Profecta ab illis, qui amantur, licet exigua ſint, deſideranti tamen magna uidentur.*

Plutar. παιδεία σοῦ ἐν ἡμῖν μόνον ἔστιν ἀθάνατον καὶ θεῖον. *Eruditio ſola ex omnibus, quæ in nobis ſunt, immortalis & diuina eſt.*

VI.

Articulum crebrò Græci cum

præpositionibus coniungunt, quo re-uocant antecedentia. Vt,

Isocrat. τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης. *Voluptates sectare, quæ cum gloria sunt coniunctæ.*

Idem. τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας, τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστείας ἀναμνησθῶμεν. *Valetudinis tum summam curam habemus, cùm dolorum sensus, qui ex ægrotatione proficiscuntur, memoria repetimus.*

Latini hunc articulum cum nomine substantiuo iunctum, sæpè genitiuo uertunt. Vt τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστείας, *Dolores ægrotationis. Aut si quando articulum repetunt, addunt uerbum substantiuum:* Dolores, *qui ex ægrotatione sunt, hoc est, proficiscuntur. Sed hoc genus usitatius est.*

VII.

Articuli præpositi Verbis vel aduerbijs, mutant ea in nomina.

De *uerbis supra extant exempla in regulis de* Infinitiuis.

De

De Aduerbijs.

Grego. τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας, οἵους σεαυτῷ τόδε τυγχάνειν θέλεις.

Talis ſis amicis & propinquis tuis, quales ipſos tibi ipſi eſſe cupis.

Iohan.8. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί, *Vos ex inferis eſtis, ego ex ſupernis ſum.*

VIII.

Articulus pluralis cum præpoſitione περὶ *vel* ἀμφὶ, *idem eſt quod proprium nomen ſolum. Nonnunquam hæ locutiones ſignificant comitatum. Vt,*

οἱ περὶ Παῦλον, *uel* οἱ ἀμφὶ Παῦλον, *pro* Παῦλος. τῶν περὶ Παύλων, *pro* Παύλου. *Et ſic per reliquos caſus & genera.*

Dicunt *autem* οἱ περὶ Παῦλον ἔλεγε, *ſingulari uerbo iuncto cum articulo plurali, &* οἱ περὶ Παῦλον ἔλεγον, *plurali uerbo. Paulus dixit.*

IX.

Articuli cum particulis μὲν & δὲ *habent locum in diuisionibus. Vt,*

Democri. ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον, ἢ κέρδος ἀνάχρων: ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δὲ διαπαντός. Eligas potius damnum, quàm turpe lucrum, illud enim semel tantùm te dolore afficiet, hoc uerò semper.

Refertur autem in his diuisionibus plerunq; ὁ μὲν ad remotius, ὁ δὲ ad proximum, sicut Latinis ille & hic. Sed non id perpetuum est apud Græcos.

Cato. κρεῖσσον καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς. τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτίμησιν φέρει. Melius est honestè pauperem esse quàm turpiter diuitem. Illud enim commiserationem, hoc uerò reprehensionem adfert.

X.

Si nomen adiectiuum intellecto ὢν *participio, sententiam auspicatur, addendus est articulus. Vt,*

ὁ σο-

ὁ σοφὸς Αριστοτέλης διαλέγεται. *Sapiens ille Aristoteles disserit.*

Sin præponatur nomen proprium ipsi adiectiuo, idem geminandus est. Vt.

ὁ Αριστοτέλης ὁ σοφὸς διαλέγεται.

Omittitur autem, si substantiuum intercedat, vel verbo expressum, vel sensu receptum. Vt,

Αριστοτέλης ἀνὴρ σοφός.

XI.

Quando duo substantiua coniunguntur, quorum posterius habet articulum, cohæret priori immediatè, & subaudiendum est participium substantiuum. Vt,

αἴας ὁ υἱὸς τελαμῶνος πολεμῇ. *Aiax qui est filius Telamonis belligeratur.*

Si verò non habet articulum, erit prædicatum, subaudito ἐστὶ. vt,

αἴας υἱὸς τελαμῶνος. Aiax *filius est Telamonis.*

Articulus singularis & pluralis, neutri generis, frequenter præponitur ornatus causa alij articulo genitiui casus, & tum vel subaudietur participium verbi substantiui ἐιμὶ, *vel abusiuè ponetur pro ipso nomine. vt.*

τὰ τῆς θαλάττης. pro τὰ ὄντα τῆς θαλάσσης. *Quæ maris sunt.*

τὰ τῆς τιμωρίας, pro ἡ τιμωρία *ut.*

Chrysosto. οἱ πολλὰ πταίοντες, καὶ μὴ κολαζόμενοι, φοβεῖσθαι καὶ δεδοικέναι ὀφείλουσιν. αὔξεται γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας, διὰ τῆς ἀτιμωρησίας καὶ τῆς μακροθυμίας τοῦ θεοῦ. *Qui sæpe peccant, nec puniuntur, metuere & uereri debent: augentur enim ipsis supplicia per supplicij traditatem & diuinam lenitatem.*

Idem

Idem. ὀυκ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων οὕτως, ὡς ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀνθρώπων, τὰ τῆς εὐθυμίας ἴσαδῆ πέφυκεν. *Animi tranquillitas non tam in rerum conditione, quàm in mente & iudicijs hominum consistere solet.*

Dicunt igitur Græci in singulari.

τὸ & τὰ	τῆς τιμωρίας	pro	ἡ τιμωρία, pœna.
τοῦ & τῶν	τῆς τιμωρίας		τῆς τιμωρίας, pœnæ.
τῷ & τοῖς	τῆς τιμωρίας		τῇ τιμωρίᾳ pœnæ.
τὸ & τὰ	τῆς τιμωρίας		τὴν τιμωρίαν, pœnam.

In Plurali.

τὸ & τὰ	τῶν τιμωριῶν	pro	αἱ τιμωρίαι. pœnæ.
τῷ & τοῖς	τῶν τιμωριῶν		ταῖς τιμωρίαις pœnis.
τὸ & τὰ	τῶν τιμωριῶν		τὰς τιμωρίας pœnas.

Id ipſum autem fieri non ſolet in genitiuo plurali, ob κακοφωνίαν geminandorum eorundem articulorum, τῶν τῶν τιμωριῶν, *&c.*

XII.

Articulis à ſuis nominibus ita ſeiunctis, vt aliud quidam interce-dat, ſit ipſa orationis compoſitio ve-nuſtior. Vt,

Socrates. τὰ τῶν καλῶν φιλήματα φυ-λάττεσθαι δεῖ, ὥσπερ τὰ τῶν ἰοβόλων δήγμα-τα. *Formoſorum oſcula uitare oportet, tanquam uenenatorum morſus.*

Sophocles. τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ' ἥδι-στον βλέπειν. *Iucundiſsimum eſt parentum ocu-los ſeu uultum intueri.*

XIII.

Omnibus vocibus, quæ τεχνικῶς *efferuntur, ſeu, vt vulgus vocat, ma-terialiter præponitur* τὸ, *vt.*

τὸ

τὸ βίβλος, *hæc dictio* βίβλος. τὸ πόλις, *hæc dicto* πόλις. τὸ ἡ ἀνάπαυσις, ἡ τῶ πόνω ἄρτυμά ἐστιν. *Illud dictum* ἡ ἀνάπαυσις &c. *Requies est condimentum laboris.*

CONSTRVCTIO PRAEPOSITIONVM.

EN.

ΕΝ *construitur cum Datiuo. Vt,*

Democri. αἰσχρὸν μὲν ἐν ἄλλοις ἀποδέχεσθαι τὰς ἀρετὰς, ἐν ἑαυτοῖς δὲ ἔχειν τὰς κακίας. *Turpe est in alijs probare uirtutes, intra se autem habere uitia.*

Nazianze. οὐκ ἔστι τοῖς ἀπελθοῦσιν ἐν ᾅδῃ ἐξομολογήσις οὐδὲ διόρθωσις. *Nulla est occasio confitendi aut emendandi se illis, qui ad inferos descenderunt.*

Appendix.

Ἐν *nonnunquam Datiuo negleCto cum Genitiuo construitur per Eclipsin Datiuorum* οἴκῳ, τόπῳ, *vel similium, Vt.*

τὰ

τὰ ἐν ᾅδου κακὰ οὐ θεὸν ἔχει τὸν αἴτιον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς. Αρχὴ γὰρ καὶ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον. *Deus non est autor malorum apud inferos, sed nos ipsi. Principium enim & radix peccati est arbitrium nostrum, & uoluntatis nostræ libertas.*

ΕΣ ΕΙΣ.

ΕΣ *vel* εἰς *Accusatiuo gaudet. Vt,*

Nilus. τὸ ἐλπισθὲν ἀγαθὸν εἰς τναντίον πεσὸν, ἀπαραμύθητον ἔχει τὸ πάθος. *Bonum speratum si secus & in contrarium cadens nos fallat, affectum uix ullo mitigandum solatio gignit.*

Sic dicimus, εἰς ἐκκλησίαν *ad concionem.* εἰς τοὺς Μακεδόνας, *apud Macedonas.*

I. Appendix.

Sed εἰς ᾅδου *ad inferni, &* εἰς διδασκάλου, *ad præceptoris, dicuntur defectiuè, pro* εἰς οἰκίαν τοῦ διδασκάλου *ad domum Præceptoris.* εἰς οἶκον ᾅδου. *In Plutonis domum.*

II.

Aliquando εἰς *pro* πρὸς *ponitur. Vt,*

Aristo. οὐ χρὴ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις, ἢ εὖ ἢ κακῶς

καιρῶς χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι. *Non enim in eo parua momenta ſunt ad actiones & officia, ſi quis rectè aut improbè lætetur ac doleat.*

EK.

Ek vel ex genitiuo ſemper iungitur, & motum ex aliquo ſignificat, vt

Chryſoſto. Ἀρετὴ ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἀνάγκης γίνεται. *Virtus in uoluntaria electione, non in neceſsitate conſiſtit.*

Libani. Αἱ ἐκ φίλων ἐις φίλους γενόμεναι λύπαι δυσθεράπευτοι λίαν τυγχάνουσι, καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας. *Amicorum offenſiones ægerrimè conciliantur, & maioribus contumelijs aguntur, quàm hoſtium.*

Habet autem præpoſitio κ, ſequente conſonante, & ξ, ſi vocalis ſequatur. Vt,

Baſilius. ἔστιν ἐκ πόνων ὑγεία, καὶ ἐξ ἱδρώτων σωτηρία. *Labores ſanitas comitatur, & ſalus ſudores.*

Notentur autem hæ Phraſes, & ſimiles, quæ per præpoſitionem ἐκ uel ἐξ efferuntur. Ἐκ νέου, ἐκ παίδων: *Cicero ferè inquit, ab adoleſcen-*

leſcentia, ab ineunte ætate: Item, *Iam inde ab adoleſcentia, iam inde à puero.* Ἐξελθεῖν ἐκ παίδων. *Excedere ex pueris.* Ευθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι. *A teneris aſſueſcere.*

ΣΥΝ.

ΣΥΝ, & ξὺν ἀπικῶς, *Datiuo ſemper iungitur, Vt.*

Sopho. Thelamon ad filium Aiacem.

τέκνον δορὶ
βάλλε κρατεῖν μὲν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν.

Mi fili uirtute uelis uincere, ſed auxiliante Deo, ſemper uelis uincere.

Idem. Σὼν τῷ θεῷ πᾶς ἡδὲ γελᾷ ἢ ὠδύρεται. *Deo uolente quisq; ridet & flet.*

ΠΡΟΣ.

ΠΡΟΣ *cum genitiuo ſignificat motum Vel à perſona, Vel loco. Vt,*

Homer. πρὸς γὰρ διός εἰσιν ἅπαντες ξένοι τε πτωχοί τε. *A Ioue ſunt omnes peregrini et mendici.*

Item, per & coram. Vt,

πρὸς θεῶν, *per Deos.* πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. *Coram Dijs beatis, & coram mortalibus hominibus.*

Cum

Cum datiuo, Ad vel Præter. Vt,

Hesiod.

Ἄφρων ὃς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
νίκης τε στέρεται πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Stultus est, quicunq; uelit cum potentioribus contendere,
Victoria priuatur, adq; pudorem dolores patitur.

πρὸς τούτοις. Præterea.

Cum Accusatiuo significat motum ad rem quampiam, non solùm animatam, sed etiam inanimatam. Vt,

Sopho. ὁ φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντ' ἔρπει. *Inuidia serpit ad illum, qui aliquid habet.*

Solon. Σπάνιον εἴσαγε σὸν πόδα τὸν φίλον, ἵνα μή σε πλησθεὶς, μισήσῃ σε. *Rarò ad amicum ingreditor, ne tui satur oderit te.*

Inanimat:

Basilius. ἡδονὴ ἄγκιστρόν ἐστι τοῦ διαβόλου πρὸς ἀπώλειαν ἕλκον. *Voluptas est hamus Diaboli, ad interitum trahens.*

Nazianze. Βραδὺ πρὸς ὑπόνοιαν κακῶν, τὸ πρὸς κακίαν δυσκίνητον. *Qui ad malum ſuſcipiendum paratus non eſt, is ne ad mali quidem ſuſpicionèm facilis eſt.* Πρὸς τὸ παρόν. *Ad id quod agimus.*

Pro πρὸς *aliquando &* εἰς *ponitur.*

Exempla paſsim obuia ſunt.

Aut contra, ut Eurip. πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου. *Ne contra ſtimulos imperantium tibi calcitres.*

Aut Erga. ut Baſilius. ὅσοι τὴν πρὸς θεὸν πηροῦσι φιλίαν, τούτοις τὴν ἰδίαν παρέχει κοινωνίαν. *Quicunq; amorem erga* Deum *ſeruant, his ipſe quoq; ſui communionem largitur.*

Nilo. τοιοῦτος ἴσθι πρὸς τοὺς σοὺς οἰκέτας οἷον ἔυχῃ σοι τὸν θεὸν γενέσθαι. *Talem te erga tuos famulos præbe, qualem tibi* Deum *optas.*

A V T *apud, ut* Iohan. 1. καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. *Et uerbum erat apud* Deum.

A V T *Inter,* Iſocrat. *ad* Demo. Ἀπέσταλκά σοι τόν δε λόγον δῶρον πεμμήριον μὲν πρὸς ἡμᾶς φιλίας. *Miſi tibi hoc munuſculum, ut hæc oratio familiaritatis, quæ inter nos eſt, ſempiternum pignus eſſet.*

ΠΡΟ.

πρὸ *Pro, ante, præ, ſemper adſcifcit genitiuum. Vt,*

Philon. Αμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παυθάνειν. *Non poteſt fieri, ut magna diſcantur ante parua.*

Idem. Ελπίς ἐστι προωδεία τις, χαρὰ πρὸ χαρᾶς ἀγαθῶν οὖσα προσδοκία. *Spes eſt præuia quædam mentis affectio, gaudium ante gaudium, ut quæ bonorum ſit expectatio.*

ANA.

ἀνὰ *Per, ſingillatim vel circiter, regit accuſatiuum. Vt,*

Home. Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, ὀλέκοντο δὲ λαοί. *Morbum malum per exercitum excitabat, perierunt autem populi.*

Iohan. 2. χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο. *Capientes ſingulæ metretas binas aut ternas.*

Cum Datiuo poëticè pro σὺν, vt

Homer. Iliad. α.

χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. *Aureo cum ſceptro.*

KATA.

κατὰ *cum genitiuo ſignificat contra, aduerſus. Vt,*

Nazianze. Εσαὖ ὀργισθῆς κατὰ τοῦ λοιδο-

ρήσαντος, ἐβεβαίωσας τὰ ὀνείδη, τί γὰρ ὀργῆς ἀφρονέστερον, ἐὰν δὲ μείνῃς ἀόργητος, ἥκιστα τὸν ὑβρίσαντα. *Si commoueris aduersus conuicium facientem, probra confirmas, quid est enim ira insipientius? Sin uero iram moderaris & lentus fueris, pudore afficis iniuriam facientem.*

Significat & de, Vt.

περὶ τῆς ἀρετῆς φατέων. *De uirtute dicendum est.*

Sed κατ' ὀλύμποιο καρήνων, *ab Olympi uerticibus, ponitur* περὶ, *pro ab, poëticè.*

Cum Accusatiuo secundum. Vt,

Aristote. περὶ τὴν οὐσίαν ἡ ἐλευθεριότης λέγεται. *Secundum facultates, seu ex facultatibus omnis ponderanda liberalitas est.*

Basilius. σκορπιζόμενος ὁ πλοῦτος καθ' ὃν ὁ κύριος ὑποτίθεται τρόπον, πέφυκε πλαμυρίζων ἐκχόμενος δὲ, ἀλλοτριοῦται. *Si diuitiæ spargantur eo modo, quem Dominus præscribit, remanere solent: sin retineantur, alienari.*

Hoc modo significat & tempus. Vt,

τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκπε-

φέν-

φεύγασιν, ἐπιβουλὴν, φθόνον, καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν. *Pauperes maximis malis non infestantur, ut insidijs, inuidia & odio, quibus diuites expositi sunt quotidie.*

Sic dicitur, καθ' ἡμᾶς γέγονεν. *Nostris temporibus factum est.*

Significat & cum hoc casu, propter. Vt,

Aristo, lib. 2. Eth. διὰ τὰς ἀρετὰς ἐπαινούμεθα. *Propter uirtutes laudamur.*

Quoad. Vt, διὰ τὸ δυνατόν, *Quoad fieri potest, uel quoad eius fieri potest.*

Pro. Vt, κατ' ἀξίαν, *Pro dignitate.*

A. Vt, Plato in Timeo. διὰ πλευρᾶν πρὸς ἄγειν ἐπὶ δεξιά. *Cicero uertit, A latere in dexteram partem detorquere.* Et διὰ διάμεσον ἐπ' ἀριστερὰ πρὸς ἄγειν. *A media linea ad læuam dirigere.*

ΚΑΤἈ πλάτωνα, διὰ θεόγνιν *&c. Non latinè redditur, Secundum Platonem, uel Theognidem: Sed ut traditum est à Platone, ut Plato tradit: ut est apud Platonem &c.* κατ' ἐμὴν δόξαν, *Mea sententia, meo iudicio.*

I. *Appendix.*

Illæ orationes Græcorum, in quibus κατὰ *iungitur cum accusandi casu, sæpe per præpositionem, ex, reddendæ sunt, vel cum aduerbio, congruenter, cum dandi casu. Vt,*

Aristo. κατὰ λόγον ζῆν καὶ πεθνᾶναι. *Viuere & mori ex ratione, uel conuenienter rationi obire mortem & uiuere.*

Idem. Ethico. κατὰ πάθος ζῆν. *Vitam ex libidine agere.* ζῆν κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ. *Viuere ex præscripto pædagogi.*

κατ' ἀρετὴν ζῆν. *Ex uirtute uiuere.* κατὰ συνθήκην, *ex instituto.*

II.

Habet & locum in comparationibus. Vt,

Aristo. Ἀμείνων ἢ κατὰ λόγους. *Melior quàm ut cum orationibus comparetur.*

ΔΙΑ.

Διὰ *cum genitiuo significat per, Vt,*

Basilius. οὐ πάντων θεὸς ὁ θεός, ἀλλὰ τῶν διὰ τῆς ἀγάπης. *Deus non omni-*

omnium Deus est, sed eorum qui per caritatem in ipsius quasi familiam recepti & ipsi coniuncti sunt.

Euagrius. Ἄτοπόν ἐστι διώκοντα τὰς τιμὰς, φεύγειν τοὺς πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαί. *Absurdum est expetentem honores fugere labores, per quos honores comparantur.*

Cum Accusatiuo propter, Vt,

Chrysosto. Φεῦγε τὴν τέρψιν διὰ τὴν θλῖψιν. *Fuge uoluptatem propter comitem eius afflictionem.*

Apollon. Οὐ τὸ πένεσθαι μετὰ φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι, ὄνειδος. *Paupertas non turpis est secundum naturam, turpem uerò ob causam pauperem esse, dedecus est.*

META.

μετὰ cum genitiuo significat cum Vt,

Epictet. Ἀσφαλὴς πᾶς τόπος τῷ ζῶντι μετὰ δικαιοσύνης. *Omnis locus homini cum iusticia uiuenti, tutus est.*

Chrysosto. Ῥᾷον ἄν τις συμφορὰν τὴν χαλεπωτάτην φέρει μετὰ φίλων, ἢ μόνος εὐτυχίαν τὴν μεγίστην. *Facilius quis cum amicis grauissimam calamitatem fert, quàm solus uel maximam prosperitatem.*

Cum Datiuo, cum vel inter, poëticè. Vt,

Hesiod. Δεινὸν γὰρ πόντῳ μετὰ κύμασι πώματι κῦρσαι. *Miserum est inter ponti fluctus in malum incidere.*

Homer. Αυτὸς δὲ μετὰ πρώτοισι πονεῖτο. *Ipse uerò inter primos laborabat.*

Cum Accusatiuo significat post, ad, Vt.

Chrysost. οὐχ οὕτω τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὡς τοὺς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν μὴ συσελλομένους, ἀποστρέφεσθαι εἴωθεν ὁ θεὸς. *Deus non tam auersari solet peccatores, quàm illos, qui post peccata non contrahuntur animo, nec tristantur.*

Homer. Iliad. α.

ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη μετὰ δ' ἅιτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο. *Iupiter enim ultra Oceanum ad egregios Æthiopes Heri iuit ad conuiuium, Dij autem omnes sequebantur.*

παρὰ *cum genitiuo significat motum à persona, vt.*

Democrit.

Ὑγείαν ἔχειν παρὰ θεοῦ αἰτοῦνται οἱ ἄνθρωποι, τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρὰ ἑαυτοῖς ἔχοντες οὐκ ἴσασιν. Ἀκρασίᾳ γὰρ τὰ ἐναντία πράσσοντες, αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγείας γίνονται. *Homines à Deo sanitatem petunt, ignorant autem quod eius potestatem penes sese habeant. Nam per incontinentiam facientes ei contraria, ipsi proditores sanitatis existunt.*

Plutarch. οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε φιλαργύρου χάριν δεῖ ἐπιζητεῖν. *Nec à mortuo colloquium, nec ab auaro beneficium petendum est.*

Cum Datiuo, apud, prope, vt.

Chrysosto. οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν παρὰ ἀνθρώποις ὡς συνηθείας παλαιᾶς τυραννίς. *Nihil tam firmum est apud homines, quàm ueteris consuetudinis tyrannis.*

Idem. ἔστι καὶ παρὰ ἀνθρώπῳ μικρῷ καὶ εὐτελεῖ εὑρεθῆναί τι παρὰ δεόντων, ὃ παρὰ τῷ σοφῷ καὶ μεγάλῳ πολλάκις οὐχ εὕρηται.

Licet uel apud exiguæ ac obſcuræ ſortis hominem oportuni quidpiam inuenire, quod apud ſapientem & magnum aliquem multoties inuentum non eſt.

Cum Accuſatiuo ſignificat ad, præter, propter, ſupra, vltra, poſt, & tempus &c. Item in Vt.

Ariſto. οὐ πρὸς τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν. Non *eſt uitium in tempore, ſed in moribus.*

ANTI.

Ανti *ſemper conſtruitur cum Genitiuo & ſignificat, pro uel contra. Vt*

Iſocrat. Ανtὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι. Pro *mortali corpore immortalem gloriam acquirere.*

Prouerb. Ανtὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς. Pro *uenuſto medico malus poëta dici cupis.*

ΕΠΙ.

Ἐπὶ *cum genitiuo in Vel circa, Vt.*

πλεῖστα χρὴ παρεκελεύετο τοῖς νέοις ζῆν ταῦτα ἔχειν: ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης σωφρονεῖν: ἐπὶ

ἐπὶ δὲ τῆς γλώττης σιγήν: ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου αἰδῶ.

Plutarchus iuuenes hortabatur, ut hæc tria habere curarent: in animo temperantiam, in lingua silentium, in uultu autem pudorem.

Cum Datiuo significat Propter, vt.

Isocrat. ὁ μεμνημένῳ τί ἄνθρωπος, ἐπ' οὐδενὶ πρᾴως συμβαινόντων δυσχεράνει. *Qui meminit quid homo sit, propter nullum euenientem casum immodicè tristabitur.*

Epictet. Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει: ἀλλὰ χαίρων οἷς ἔχει. *Sapit qui non tristatur propter absentia, sed gaudet præsentibus.*

Aut in, ut Dion. ταὐτόν ἐστι ἐπ' εὐτυχίᾳ μεγαφρονεῖν, καὶ ἐπ' ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σαδιοδρομεῖν. *Idem est in secunda fortuna superbire, & in lubrica uia cursu contendere.*

Notandum, quod ἐφ' ᾧ, *non semper quatenus significat, ut quidem uerterunt, sed, eò quòd, uel quia, ut* Rom. 5. Καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. *Et sic mors in omnes peruasit, eò quod omnes peccauerunt.*

Aut super, ut Eph. 2. ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ

ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. *Ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.*

Cum Accusatiuo significat motum ad aliquid, vt.

Nazianze. φύσει πρόχειρον ἡ κακία, καὶ πολὺς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ δρόμος. *Malicia facilis est natura, & frequens cursus ad deteriora.*

Aut in, ut Psalm. 117. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπὶ ἄνθρωπον. *Melius est confidere in Domino, quàm confidere in hominibus.*

Aut contra, ut Æschines. οὐδέν ἐστιν ὄφελος πόλεως, ἥτις μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει. *Nulla est utilitas ciuitatis, quæ non habet neruos aduersus delinquentes.*

ΠΕΡΙ.

περὶ *cum genitiuo significat, De, pro, præ. Vt,*

Prouerb. περὶ καπνοῦ σενολεσχεῖν. *De fumo disceptare.*

περὶ

πρὶ πατρῶς ἀμύνεσθαι. *Pro patria pugnare.*

Conſtruitur peculiariter cum genitiuo, vna cum verbo ποιῶ, *vt,*

Iſocrat. τοὺς νοῦν ἔχοντας πρὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε. *Sapientes magnifacito & cole.*

Idem ad Nico. πρὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν καταλιπεῖν. *Pluris facias gloriam relinquere, quàm magnas diuitias.*

Cum Datiuo Pro, poëticè, vt,

Homer. Δέδοικα πρὶ ξανθῷ Μενελάῳ, *Timui pro flauo Menelao.*

Cum accuſatiuo erga, circum, iuxta. vt,

Iſocrat. τοιοῦτος γίνου πρὸς τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν ἕυξαιο πρὸς σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας. *Talem te præbeas erga tuos parentes, quales tuos liberos erga te eſſe cupis.*

πρὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα. *Circa urbem exercitus,*

πρὶ

πρὶ *in multis locis etiam latinè per in redditur, & non per circa. Vt,*

Isocrat. Διαῤῥίθειν πρὶ τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας. *In præstantissima parte Philosophiæ uersari. Obiter hic notandum, Latinos multum à Græcis discrepare in adiectiuorum constructione. Hi enim penè omnibus sine adiunctione substantiui genitiuum addunt: Illi uerò paucis, ijsq; certo numero comprehensis. Itaq; Latini non dicerent, optimum Philosophiæ, sed adiuncto substantiuo, parte, munere, ut, in præstantissima parte &c. Sic & aliâs Græci fæpius adiectiuis sine substantiuorum adiunctione utuntur, Latini rarius. Dicunt illi enim* ἐν πολλοῖς: *Hi uerò potius dicunt, In multis rebus, aut substantiuo simili adiuncto.*

πρί τι εἶναι. *Versari in aliqua re, non circa aliquam rem.*

ΑΜΦΙ.

Αμφὶ *idem cum* πρὶ, *sed hæc Vsitatior quam* ἀμφὶ, *quod cum genitiuo significat, De, Vt.*

Pindarus. Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμᾳ ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλᾶ. *Decet hominem honesta de Dijs loqui.*

Cum

Cum datiuo pro vel propter. Vt,

ἀμφ' ἀυτῷ, *pro illo uel propter illum, poëticè.*

Cum Accusatiuo circum. id est, οἱ ἀμφὶ πρίαμον. *Amici Priami. tem circiter, ut* ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας. *Circiter centum & uiginti millia.*

Ἀπο.

Ἀπὸ semper cum genitiuo construitur, & significat motum à persona, re & loco, Vt,

Epic. ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων. *Vt iucundum est mare à terra prospicere: ita iucundum est seruato meminisse laborum.*

Basilius. ὁ ἀληθινὸς λόγος καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν, ἁπλοῦς ὄντι καὶ μενοεἰδής. *Sermo uerus & à mente sana profectus, simplex est & uniformis.*

Ὑπο.

Ὑπὸ cum genitiuo significat à, ab, ex, sub, præ vel propter, Vt.

Basilius. Ἐπαινῶμεν τοὺς ὑπὲρ προαιρέσεως ἀγαθοῦ

ἀγαθοὺς, οὐ τοὺς ὑπό τινος ἀνάγκης ἀγαθοὺς γομένους. *Laudamus illos, qui ex animi proposito boni sunt, non qui aliqua necessitate tales fiunt.*

Plutarch. τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὐξάνοντα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται, ὁ δὲ πλοῦτος τρέφων τοὺς κόλακας ὑπ' αὐτῶν τούτων διαφθείρεται. *Ligna quidem augendo ignem ab ipso igne consumuntur, diuitiæ autem cum nutriant adulatores, ab his ipsis perduntur.*

Varennius. ὑπὸ κόλπου τὰς χεῖρας ἔχειν. *Sub sinu manus habere.*

Vrbanus. ὑπὸ νόσου οὐ περιπατεῖ. *Ob morbum non ambulat.*

Cum Datiuo sub, à Vt.

Prouerb. ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκόρπιος εὕδει. *Sub omni lapide Scorpius dormit.*

Hesiodus.

κοὶ τοὶ μὲν χείρεσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες
Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυόεντος Ἄϊδαο.
Et hi quidem à suis manibus domiti, descenderunt in caliginosam domum horridi Plutonis.

Cum accusatiuo significat subiectionem & tempus. Vt,

Rom. 6.

Rom. 6. οὐκ ἔσε ὑπὸ τὸμ νόμομ, ἀλλὰ ὑπὲρ χάριμ. Non estis sub lege, sed sub gratia.
ὑπὸ τὴμ ἕω, Sub auroram.

Ὑ Π Ε Ρ.

ὑπὲρ *cum genitiuo, de, pro, propter, Vt,*

Menander. ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμιομ. De te ipso ne recites encomia.

Ro. 8. Εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶμ, τίς καθ' ἡμῶμ; Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Isocrat. ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας οὐδὲμ ὅ, τι οὐ δεινῶμ οὐχ ὑπομητέομ. Libertatis causa nullum non periculum suscipiendum est.

Dignum est & obseruatione, quòd Præpositio ὑπὲρ *sæpè significet causam finalem seu effectum, Vt.*

Apud Demosthenem, ὑπὲρ τῶν κοινῆ συμφερόντωμ: *ut prodessent, ut salutaria essent, id est.* Vt *fierent utilia* Reipublicæ. Non *significat hic causam formalem.*

Ita & *in dicto* Pauli Philip. 2. *præpositio*

ὑπὲρ *exponatur.* ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. *Interpres obscurè uertit sententiam:* Deus *est, qui operatur in uobis uelle & perficere, pro bono animi proposito. Est autem simplicissima uersio:* Deus *qui efficit in uobis, & ut uelitis & ut perficiatis, ut ipsi fiant aliqua grata.*

Vsitatissimum autem esse in græca lingua, ita collocare infinitiuos, ut in coniunctiuos mutandi sint, quoties latinis uerbis redduntur, notum est ex regulis de Infinitiuis. pagina 45.

Cum accusatiuo Vltra, supra, plus vel excessum significat, Vt,

Prouerb. ὑπὲρ τὴν πεῖραν φρονεῖν. *Vltra peram sapere.*

Demost. Μανία ἐστὶν τὸ ὑπὲρ δύναμίν τι πρᾶξαι. *Insania est supra uires aliquid audere.*

ὑπὲρ τὴν θρᾴκην ἢ Μακεδονία. *Vltra Thraciam Macedonia.*

DE ADVERBIIS.

I. REGVLA.

Aduer-

Aduerbia deriuatiua primitiuorum conſtructionem ſequuntur, vt.

Chryſoſto. τιμῆς μέγεθος τοῖς οὐκ ἀξίως τῆς τιμῆς ζημίας προαιρουμένοις προσθήκη τιμωρίας ὄφλει. *Honoris magnitudo illis, qui non ita uiuunt ut dignum eſt honore, augmentum pœnæ eſt.*

Homer.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.
Illum odi tanquam infernum ipſum,
Qui aliud mente occultat, & aliud dicit.

II.

Adiectiua neutri generis pro Aduerbijs ponuntur, tam in numero plurali, quam ſingulari. Vt,

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται, τίμα. *Deos immortales primum cole, ut diſpoſiti ſunt.* Sic τὸ πρῶτον. *Pro primò &c.*

III. ἜΩΣ.

ἕως *quamdiu, dum, conſtruitur cum indicatiuo. Vt,*

Nazianze. ἕως πλεῖς ἐξ ὀυρίας, τῷ ναυαγοῦντι δὸς χεῖρα. ἕως ἐυεκτεῖς καὶ πλουτεῖς, τῷ κακοπαθοῦντι βοήθησον. *Dum nauigas secundis uentis, manum porrige naufrago: & dum bene habitus ac diues es, malè affectum iuuato.*

Et cum coniunctiuo, vt,

Chryſoſto. Αμαρτία ἕως μὲν ἐργαθῇ, παρέχει τινὰ ἡδονήν: ὅτ' ἂν δὲ τελεσθῇ, τότε ἡ μικρὰ ἡδονὴ ὑπεξίσαται, ἐπεισέρχεται δὲ ἀθυμία. *Peccatum dum adhuc est in opere, non nihil uoluptatis excitat: cum autem impletum fuerit, modica uoluptas illa discedit, & in locum eius subit tristicia.*

Et cum optatiuo, vt,

Εως ἂν γένοιτο, *quamdiu fieret.*

Et cum Infinitiuo, vt,

ἕως, & ἕως ἂν ζῶμι. *Donec uiuam.*

Regit & Genitiuum, vt,

Syrach. ἕως θανάτου ἀγωνίζαι περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. *Ad mor-*

mortem usq; pro ueritate certato, & Dominus præliabitur pro te.

IIII.

ΠΡΙΝ.

πρὶν *construitur indicatiuo & infinitino, vt,*

πρὶν ἔἶπϛν *uel* πρὶν ἐιπεῖν, *priusquam dicere.*

Additur & Accusatiuus & particula ἢ *vt,*

πρὶν ἢ σωελθεῖν ἄὐτοὺς. *Priusquam ipsi conuenirent.*

Gaudet & Optatiuo & Coniunctiuo intercedente ἂν *vel* ἢ.

V.

Aduerbia præpositionum naturam habentia Genitiuum adsciscunt.

Sunt autem Ἄνϵυ, δίχα, χωρὶς, ἄτερ, ἔναντι, ἐνώπιον, μέχρι, ἄχρὶ, ἕνεκα, χάριν, ἔντος, ἐκτός:

ἐγγύθι, προπάροιθεν, πόῤῥω, ἕκητι, ἕκτος, ἐκτοσθεν, μεταξὺ, & *similia, ut.*

Procopius. οὔτε συμπόσιον ἄνευ ὁμονοίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει. Neq; *conuiuium sine concordia, neq; diuitiæ sine uirtute delectant.*

Cyrillus. τραχεῖα ἡ ἀρετὴ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο τάυτην δίχα πόνου μακροῦ. *Aspera uirtus est, & accliuis ad ipsam uia, nec eam quis absq; longo labore sibi comparauerit.*

Hesiod. τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων νόσφιν ἄτερ τε πόνων. *Delectabantur in conuiuijs extra omnia mala, & sine doloribus.*

Syrach. 10. μισητὴ ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων ἡ ὑπερηφανία. *Odiosa est in conspectu Dei & hominum inanis gloria.*

Idem. τὸ ἀνθρώπεις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. *Quod in hominibus excelsum est, id coram Deo detestandum.*

Gellius de Pericle. Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μεχρὶ βωμοῦ. *Oportet me commodare amicis, sed usq; ad aras.*

Posidippus. οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν ἄνθρωπος ὢν, οὐδὲ ἄχρι τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν. *Nullus hominum uitam feliciter*

ter transegit, neq; fortunatus ad finem usq; mansit.

Pythag. μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδ' ἕνεκα μικρῆς. *Ne oderis amicum tuum leuis delicti causa.*

Phocion. πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἔντ' διανοίας ἔχεις. *Persuasus esto tuam non esse possessionem, quam in animo non habeas.*

Hesiod. τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει. *Hunc autem præcipuè inuites, qui prope te habitat.*

Idem. τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. *Dij sudorem posuerunt ante virtutem.*

Aristo. οὐ πόρρω τοῦ ἀναμαρτήτου καθίσησιν ἑαυτὸν ὁ τὸ ἁμαρτηθὲν ἐπιεικῶς ὁμολογήσας. *Non multum ab innocente differt, qui peccatum, ut decet, fatetur.*

Hesiod. Διὸς μεγάλοιο ἕκητι. *Iouis magni uoluntate.*

Pythago. ἔκτος λεωφόρου μὴ βαδίζειν. *Extra uiam publicam ne ingrediaris.*

Prouerb. πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.*

In collationibus nonnunquam altera correlationis particula, vt οὕτω *vel similis, per Ellipsin omittitur. vt,*

Matth. 6. γενηθήτω τὸ θέλυμά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. *Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. pro* οὕτω καὶ ἐστὶ γῆς, *sic & in terra.*

Iohan. 20. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. *Sicut misit me pater, & ego mittam uos.*

Idem fit in Comparatiuorum locutionibus, vbi particulæ ὅσῳ, τόσῳ, *aut similes omittuntur. vt,*

Arist. τὰ μὴ καθαρὰ τῷ σωμάτων ὅπόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. *Corpora non pura, quo magis nutriueris, eò magis lædes.*

VII.

Aduerbia Qualitatis eleganter construuntur cum his verbis, ἔχω, διάκαμαι, *& similibus. vt,*

καλῶς

κακῶς ἔχω, *uel* διάκειμαι, *male affectus ſum.*

Iſocrat. ἡδέως μοὶ ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίσοις. *Omnibus ſis iucundus & gratus: Vtere uerò tantùm familiariter bonis.* ἀδυνάτως ἔχω, *non poſſum.*

Obiter hîc obſeruetur, uerbum ἔχειν *hoc modo cum aduerbijs animi aut corporis affectionem ſignificantibus, latinè una uoce ſæpe reddi ſæpe etiam uim uerbi ſubſtantiui habere. ut* ἡδέως ἔχειν, *iucundum eſſe, gratum eſſe. non gratè aut iucundè ſe habere.*

Sic πῶς ἔχεις πρὸς τὸν ἀδελφόν; *Latini non per, habent, reddunt: Sed quo animo, mente, uoluntate es in, aut erga fratrem, etiam quomodo affectus es erga fratrem &c.*

Appendix.

Aliquando additur genitiuus eius quod afficitur. Vt,

οὕτως ἔχω γνώμης. *Sic animo affectus ſum.*

Plutar. βούλομαι δ' ἔως ἔτι μέμνημαι τῆς παιδείας, ὡς ἔχω δ' ὀξης περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. *Volo autem, dum in inſtituendi memoria adhuc uer ſor, quid de illa ſentiam edicere.*

Sæpe etiam pro δώσομαι ponitur, maximè si sequitur Infinitiuus.

DE NEGATIVIS.

Duæ negationes apud Græcos vehementius negant. Vt,

Iohan. 15. χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. *Sine me non potestis facere quicquam.*

Quandoq; fit, sed rarius, vt duæ negationes affirment, sicut latinis. Vt

Aristo. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ σε τῆς οἰκίας. *Nullo modo non eijciam domo, hoc est, omnino eijciam & abdicabo.*

DE CONIVNCTIONE.

ἘΑΝ, ἘΠΕΙΔΑΝ.

ἐὰν & ἐπειδὰν *substantiuo iunguntur, vt.*

Chryso. ἐαν μηδὲν ἔχῃς ἐνεγκεῖν τῷ ἀσθενοῦντι διὰ τὴν πενίαν, σαυτὸν ἔισαγε, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων αὐτῶν παραμυθίαν προσένεγκε. οὕτως γὰρ κατ' ἐκείνην ἀκούσῃ ἡμέραν.

ραμ. ἀσθενὴς ἥμην καὶ ἐπεσκέψασθέμε. *Si per inopiam nihil tibi sit, quod afferas ægroto, teipsum ei exhibe, & uerborum consolationem offer. Sic enim etiam audies olim, Infirmus eram & uisitastis me.*

Idem. Ἄρκτοι μὲν οἱ λύκοι, ἐπεισδὰν λάγωσι κόρον, τῆς ἁρπαγῆς ἀφίσαντα: οἱ δὲ πλεόνεκται κόρον οὐκ ἔχουσιν. *Vrsi & lupi saturati, rapinam relinquunt: Auaris autem nulla satietas.*

KAN, KAI EAN, KAI AN.

κἂν, *Etsi, licet, gaudet Coniunctiuo. Vt,*

Leucippus. τὰ ἡδέα κἂν μήπω πάρῃ, τέρπεται ταῖς ἐλπίσιν. *Quæ iucunda sunt, licet nondum adsint præsentia, spe tamen delectant.*

Sextus. ὁ διαβαλὼν φίλον, μὴ εὐδοκιμείτω, κἂν ἀληθῆ λέγῃ. *Qui calumniatur amicum non laudetur, etiamsi uera dicat.*

ἌN.

Ἄν *cum significat potentiam, omnibus gaudet temporibus & modis, præter indicatiuũ & imperatiuũ, Vt,*

οὐκ ἂν γράφοις. *Non scriberes, uel non posses scribere. Cum accipitur indefinitè plerunq; ponitur cum subiunctiuo, raro cum optatiuo, ut* ὅτι ἂν λέγῃς *quodcunq; dicas.* ἄν

Ἀρ *habet etiam locum in diuisionibus, vt,*

Chrysosto. Δεῖ δ' ἐ τῷ θανάτῳ χαίρειν, ἂν μὲν νέος, ὅτι ταχέως ἀπηλλάγη τῶν ἐν μέσῳ κακῶν, ἂν δὲ πρεσβύτερος, ὅτι ὁ δοκεῖ ποθεινὸν εἶναι, τοῦτο μετὰ κόρου λαβὼν ἀπῆλθεν. *Gaudendum est morte, siue iuuenis, quòd statim liberatus sit huius uitæ malis: siue senex, quod rebus, quæ in uita optandæ uidentur, ad satietatem usq; fruitus abierit.*

Ἵνα, ὄφρα, ὡς, ὥστε, ὅπως, *cum sunt coniunctiones causales, coniunctiuum adsciscunt, vt,*

Homerus.

Ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

Sis fortis, ut posterorum aliquis te laudet.

Hesiod.

Ἐργάζευ πέρσῃ δῖον γένος· ὄφρα σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ.

Labora Perse diuina proles, ut fames odio te habeat.

Nazian-

Nazianzenus.

Μάσιγας Αιγύπτοιο κακόφρονος αἰὲν ἀρίθ=
μει
ὥσκεν ὑποζομένης κάρτεϊ τῷ μεγάλῳ.
Plagas malitiosi Ægypti semper commemora,
Vt expaueſcas potentia illa magna.

Phocylid.

Εργάζου μοχθῶν, ὡς ἀξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
Labora, ut ex proprijs bonis uiuas.

Pythagor. Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλητα. *Deliberes autem ante factum, ut non ſtulta ſint. ſ: quæ facturus es.*

ὡς, ὥσε *in hac ſignificatione etiam cum Infinitiuo conſtruuntur.*
ὡς, ὥσε, *Itaq, igitur, ſub concluſionis ſignificatione, cum Indicatiuo conſtruuntur.*

ὅταν, ὁπόταν.

ὅταν, ὁπόταν, *Quando, ſiquando, coniunctiuo gaudent potiſſimum,*
Vt,

Chry=

Chryſoſt. καιρὸς ἀθυμίας, οὐχ ὅταν πάσχωμεν κακῶς, ἀλλ' ὅταν δρῶμεν κακῶς. *Mœrendi tempus eſt, non cum iniuria afficimur, ſed cum iniuriam facimus.*

Philemon. μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζώμεθα. *Inſanimus omnes quando irati ſumus.*

Inuenies etiam his indicatiuum adjci.

ὅτι

ὅτι *quod, gaudet indicatiuo, vt,*

Iohan. 4. καλῶς εἶπας ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω. *Bene dixiſti, uirum non habeo. Quo in loco ſi* ὅτι *non abundaret, nihil ſignificaret aliud, quàm rectè dixiſſe Samaritanam quod Chriſtus uirum non haberet.*

In locutione narratoria additur optatiuo, vt,

ἠγγέλλετο ὅτι γένοιτο καὶ εἴη, καὶ ἔσοιτο. *Nunciabat quod fieret, & eſſet, & erit.*

Iungitur quandoq; intendendi gratia ſuperlatiuis, vt.

ὅτι πλεῖστον *quàm plurimum.* ὅτι μάλιστα *quàm maximè.*

I. *Appendix.*

Non-

Nonnunquam ὡς *pro* ὅτι *ponitur,*

vt,

λέγεις ὡς καλὸς εἰμι. Dicis ego *ſum formoſus.*

II.

Notandum quod ὅτι *aliquando eſt coniũctio collectiua ſeu rationalis & ſignificat ideo vel propterea vt.*

Lu.7. ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ. *Remiſſa ſunt peccata eius multa, ideo ſeu propterea dilexit multum.*

Sic 1. Reg. 2. καὶ οὐκ ἤκουσαν τῆς φωνῆς τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ὅτι βουλόμενος ἐβούλετο κύριος διαφθεῖραι αὐτούς. Et *non audierunt uocem patris ſui, ideo uoluit* Dominus *occidere eos.*

MEN Δὲ.

μὴν & δὲ *coniunctiones ſeſe in oratione mutuo ſequuntur & altera alteri neceſſariò reſpondet vt.*

καυσίωνοι τοὺς μὲν γεννωμένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι. *Cauſiani lugent in lucem editos, defunctos autem beatos prædicant.*

Hinc facilè deprehenditur fanaticus error anabaptiſtarum, qui ex Act. 19. *probare conantur Paulum à Iohanne baptiſatos rebaptizaſſe, cum tamen*

tamen apertè ſcribatur, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν, ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτέστιν, εἰς τὸν χριστὸν Ιησοῦν, ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου. *Iohannes quidem baptizauit baptiſmo pœnitentiæ, populo loquens de eo, qui uenturus eſſet poſt ipſum, ut crederẽt, hoc eſt, de Chriſto Ieſu. His auditis baptizati ſunt ſcilicet à Iohanne, & non à Paulo. Quia eſt continuata oratio Pauli, & particula* ἀκούσαντες δὲ, *reſpondet præcedenti* Ιωάννης μὲν. *Ex hac igitur ſerie contextus perſpicuum eſt, Paulum hos non rebaptizaſſe, ſed tantummodo impoſſuiſſe eis manus, ut uiſibili ſpecie, de qua nihil audiuerant antea, dona Spiritus ſancti acciperent.*

Appendix.

Coniunctionibus μὲν *reſpondet* **cum**, δὲ, **tum**, *præſertim quoties quiddam generale antecedit, & ſpeciale ſequitur. Vt,*

Demoſt. *initio Olynth. 2.* ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν πρὸς

τῶν θεῶν ἔυνοιαν φανερὰν γγνομλύην τῇ πό-
λει, ὀυχ ἥκιστα δὲ, ἐν τοῖς πρόσθι πράγμασι.
*Cum in alijs multis rebus perſpici poteſt, ſingu-
larem eſſe deorum beneuolentiam erga hanc ur-
bem, tum in hoc negocio maximè.*

Sæpè in poſteriori membro inuenitur cum illo δὲ, uox πολὺ, iuncta cum ſuperlatiuo. Ex-
*emplum extat apud Iſocratem initio adhortati-
onis ad Demonicum, ut de alijs taceam.*

CONSTRVCTIO INTRICATI-OR.

*Vtuntur Græci frequenter im-
plicita orationis ſtructura. Vt,*

Iſocrates in Archi. ὑπὲρ τῆς ἐλευθερί-
ας ὀυδὲν ὅ, τι τῶν δεινῶν ὀυχ ὑπομονητέον.
Pro ὀυδὲν τῶν δεινῶν ὅ, τι ὀυχ ὑπομονητέον.
*Nullam eſt periculum, quod non libertatis cau-
ſa ſubeundum ſit.*

Demoſth. ἄθλιός εἰμι, εἰ τοιαῦτα παθὼν

ἠδὴ πάσχω, ἠμέλων ὧν περὶ τούτων ἐρῶν ἐμελλον. Pro ἠμέλων τούτων περὶ ὧν &c. *Miser & infelix essem, si cum talia & passus sim & patior, negligerem illa, de quibus mihi dicendum erit, hoc est, si non paratus & meditatus ad orandum accederem, reuera miser essem.*

ENALLAGE MODORVM.

I.

Græci vtuntur Infinitiuo loco Imperatiui, nisi particula ἵνα, vel aliquod verbum conueniens ad explendam sententiam subintelligitur. Vt

Hesio. μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταίρον. *Sed nec germano quisquam est æquandus amico.*

Phocyl. μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν. *Ne studeas iniustè ditescere, sed ex honestè partis viuas.*

II.

Pos

Ponitur & Infinitiuus loco coniunctiui, ſed cum particula ὡς *vel* ὥστε

Pag. E.4.b.

III.

Per Indicatiuum Græci dicunt, quæ Latini efferunt per Coniunctiuum. Vt,

Chriſtus Iohan.13. Ἐγὼ οἶδα οὓς ἐλεξάμην. *Ego ſcio, quos elegerim.*

οὐδεὶς οὕτω γέρων ἐστὶ, ὃς μὴ ἑαυτὸν ἔνα ἐνιαυτὸν βιώσεσθαι νομίζει. Cicero. *Nemo tam ſenex eſt, qui ſe annum non putet poſſe uiuere.* Quod & per Optatiuum dici poteſt, addito ἂν δωκτικῶς. ὃς μὴ ἑαυτὸν ἔνα ἐνιαυτὸν βιώσεσθαι νομίζοι ἄν. Atq; hæc quidem pro incipientibus diſcere Græcas literas neceſſariò ſint dicta de Syntaxi, in qua qui deſideret plura, uideat alios Grammaticos, qui integram artem complexi ſunt.

PRAXIS REGVLARVM SYNTAXEOS.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ ΑΛΕξάνδρῳ χαίρειν.

Πρὸς πατέρα σου γράφων ὑπὲρ σολὼν, ἄτοπον ᾤμην ποιήσειν, εἰ περὶ τὴν αὐτὴν ὄντα σε τόπον ἐκείνῳ μήτε προσερῶ, μήτε ἀσπάσομαι: μήτε γράψω τὶ τοιοῦτον, ὃ ποιήσει τοὺς ἀγνοοῦντας μὴ νομίζειν ἤδη με μεταφρονεῖν διὰ τὸ γῆρας, μηδὲ παντάπασι ληρεῖν: ἀλλ' ἔτι τὸ καταλελειμμένον μοι μέρος, καὶ λοιπὸν ὄν, οὐκ ἀνάξιον εἶναι τῆς δυνάμεως, ἣν ἔσχον νεώτερος ὤν. ἀκούω δὲ γε πάντων λεγόντων, ὡς φιλάνθρωπος εἶ, καὶ φιλαθήναιος, καὶ φιλόσοφος, οὐκ ἀφρόνως ποιῶν, ἀλλὰ νουνεχόντως. τῶν τε γὰρ πολιτῶν ἀποδέχεσθαί σε τῶν ἡμετέρων οὐ τοὺς ἠμεληκότας αὐτῶν, καὶ πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμοῦντας, ἀλλ' οἷς συνδιαζείβων, οὐκ ἂν λυπηθείης, συμβάλλωντε καὶ κοινωνῶν πραγμάτων, οὐδὲν ἂν βλαβείης, οὐδ' ἀδικηθείης, ὥσπερ χρὴ πλησιάζειν τοὺς εὖ φρονοῦντας. τῶν τε φιλοσοφιῶν οὐκ ἀποδοκιμάζειν μὲν οὐδὲ τὴν περὶ τὰς ἔριδας, ἀλλὰ νομίζειν εἶναι

πλεο=

πλεονεκτικὴν ἐν ταῖς ἰδίαις διατριβαῖς, οὐ=
μὴν ἁρμόττειν οὔτε τοῖς τοῦ πλήθους προεστῶ=
σιν, οὔτε τοῖς τὰς μοναρχίας ἔχουσιν. οὐ γὰρ
συμφέρειν, οὐδὲ πρέπειν, τοῖς μεῖζον τῶν ἄλλων
φρονοῦσιν, οὔτ' αὐτοῖς ἐρίζειν πρὸς τοὺς συμ=
πολιτευομένους, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν
πρὸς αὐτοὺς ἀντιλέγειν. ταύτην μὲν οὖν οὐκ
ἀγαπᾶν σε τὴν διατριβὴν, προαιρεῖσθαι δὲ τὴν
παιδείαν τὴν περὶ τοὺς λόγους, οἷς χρώμεθα
περὶ τὰς πράξεις τὰς προσπιπτούσας καθ' ἑκά
στην τὴν ἡμέραν, καὶ μεθ' ὧν βουλευόμεθα περὶ
τῶν κοινῶν. δι' ἣν νῦν τε δοκεῖς περὶ τῶν μελ=
λόντων ἐπιεικῶς τοῖς ἀρχομένοις προστάττειν
καὶ οὐκ ἀνοήτως, ἃ δεῖ ποιεῖν ἑκάστους πέρι τε
τῶν καλῶν καὶ δικαίων, καὶ τῶν τούτοις ἐναντί=
ων ὀρθῶς κρίνειν. πρὸς δὲ τούτοις κολάζειν, ὡς
προσῆκόν ἐστιν ἑκατέρους. σωφρονεῖς οὖν ταῦ=
τα μελέτῳ. ἐλπίδα γὰρ τοῦδ' τε πατρὶ καὶ
τοῖς ἄλλοις παρέχεις, ὡς ἂν πρεσβύτερος
γενόμενος ἐμμείνῃς τούτοις, τοσοῦτον
προέξεις τῇ φρονήσει τῶν ἄλλων,
ὅσον περ ὁ πατήρ σου διεν=
ήνοχεν ἁπάντων.

ISOCRATES
ALEXAN-
DRO.

S. D.

QVum ad patrem tuum literas darem, absurdè me facturum putabam, si te, qui in eodem loco cum illo versaris, neq; compellarem, neq; salutarem: neq; tale aliquid ad te scriberem, quod efficeret, ne ij, qui me ignorant, putarent me iam senio desipere, aut prorsus delirare: sed ingenium, quod adhuc mihi reliquum est, nec vnà cum vigore corporis interijt, non indignum esse ea facultate, qua iunior florebam. Prædicari autem te ab omnibus audio, vt & humanum & Athenienſibus amicum, et sapientiæ studioſum: in quo profectò

non

non insipienter, sed prudentissimè facis. Illo quoq; laudem mereris, quòd ex nostris ciuibus amare & magnifacere diceris non eos, qui nullum virtutis et doctrinæ studium habuerunt, malarumq; rerum cupiditate constricti tenentur: sed hos, quorum disputationibus audiendis nullas molestias capias, quorumq; commercijs & consilijs vtendo neq; damnis neq; iniurijs afficiaris. Talium enim consuetudo prudentibus expetenda est. Inter doctrinarum porrò genera ne dialecticas quidam disputationes improbare diceris: sed sic de illis sentire, vt eas existimes in priuatis congressibus permultùm valere, non tamen vel populi gubernatoribus, vel principibus esse oportunas. Nec enim expedire, nec decere, vt qui dignitate cæteris præstant, uel ipsi cum ciuibus rixẽtur

uel cæteris dent contradicendi licenti am. Hoc igi. ſtudium te non amare fe runt, ſed eloquentiæ diſciplinã perma gni facere, qua vtimur & in quotidia næ vitæ negocijs, & cùm de repu. de= liberamus per quã hoc tibi contigit, ut & nũc de futuris rebus prudenter tuis ſubditis, & quid ſingulos facere deceat, non ſtolidè præcipere, & de rebus honeſtis & iuſtis, borumq; con trarijs rectè iudicare videaris. Præ= terea ſic vel pœnis vel præmijs affi= cere vtrosq; vt mereantur. Magna igitur laude digna eſt tua ſapientia, qui talibus ſtudijs occuperis. Spem enim et patri & reliquis amicis fa= cis, vbi ætate proceſſeris & in his actionibus perſeueraueris, fore vt reliquos tantum ſapientia anteeas,

quantum tuus pater omnibus antecellit.

ISO.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ

χαίρειν.

Ἰσοκράτης ἀλεξάνδρῳ χαίρειν : *Formulas, quibus Græci in inſcriptionibus literarum utuntur, uide pagi. G.2. facie 1.*

Πρὸς πατέρα σου γράφων ἐπιστολήν: γράφων ἐπιστολὴν πρὸσ τὸν πατέρα σου. γράφων ἐπιστολήν. *Cùm literas ſcriberem. De uſu participiorum uide F. 4.a. Deinde participium* γράφων *regit à tergo accuſatiuum* ἐπιστολήν, F.5.a. πρός πατέρα. πρὸς *præpoſitio, cum ſuo caſu.* H.1. a. ωατέρα σου. *Genitiuus pronominis primitiui pro poſſeßiuo.* A. 6.b.

ἄτοπον ὤμην ποιήσειν :

ὤμην ποιήσειν, *putabam me facturum. Hîc uerbum et futurum Infinitiui ad eandem perſonam pertinent, ideo non additur accuſatiuus.* E. 5. *a.*

ποιήσειν ἄτοπον : *Verbum cum ſuo caſu.* D. 7. *b.*

εἰ περὶ τὸν αὐτὸν ὄντα σε τόπον :

Ordo eſt. εἰ μήτε προσορῶ, μήτε ἀωσάσο= μαί σε ὄντα περὶ τὸν τόπον αὐτὸν ἐκείνῳ.

περὶ τὸν αὐτὸν τόπον: *in eodem loco.* περὶ *raro aut nunquam per circa redditur* H. 7. *b.*

ἐκείνῳ, *cum illo. Regitur hic* Datiuus *ab* ἄυ-
τὸμ. F. 8. *a.*

ὸ πρίσσει τοὺς ἀγνοοῦντας μὴ νωμίζειν. *Ver*
bum è uerbo: Quod faciet ignorantes non pu-
tare. h. quod efficeret, ne illi qui me ignorant,
putarent: sic enim Latini loquuntur.

με μεταφρονῆν. *Accusatiuus proprius ca-*
sus infinitiuorum &c. διὰ τὸ γῦρας. *præpositio*
cum suo casu. H. 4. *a.*

ἀλλ' ἔτι τὸ καταλελειμμμένον μοι
μέρος. τὸ καταλελειμμένον μέρος: *pro*
μέρος, ὃ ΗΤΙ λέλειπταί μοι. A. 8. *a.* δικαίᾳ
μεως *genitiuus, regitur ab adiectiuo* ἀνάξιον.
B. 6. *a.*

ἣν ἔχον, *Relatiuum consentit cum antece-*
dente substantiuo. A. 7. *a.* νεώτερος ὢν. ὢν *Par-*
ticipium hic per cum essem, reddendum est,
F. 4. *b.* De *participijs in genere dictum est, quæ*
sæpe repetere non est necesse.

ἀκούω δὲ πάντων λεγόντων..

ἀκούω *Verbum sentiendi regit post se geni-*
tiuos. C. 7. *a.* ὡς φιλάνθρωπος εἶ: ὡς *pro* ὅτι
I. 8. *a.*

οὐκ ἀφρόνως ποιῶν: *Iterum participi-*
um reddendum per uerbum: Non facis insipi-
enter.

τῶντε γὰρ πολιτῶν ἀποδέχεσθαί σε.

Ordo

PRAXIS.

Ordo est. ἀκούω σε ἀποδέχεσθαι οὐ τοὺς ἠμελημένους τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων. τῶν πολιτῶν &c. Pro τοὺς πολίτας τοὺς ἡμετέρους. *Permutantur enim hi accusatiui genitiuo plurali: de quo supra* Pag. A. 5. b.

πονηρῶν πραγμάτων: *Hi genitiui reguntur à participio* ἐπιθυμοῦντας. *appetendi enim uerba adsciscunt genitiuum* C. 7. a.

οἷς σωφρονίζων: οἷς *relatiuum, regitur à participio* σωφρονίζων, *quod ui præpositionis* σὺν, *Datiuum adsciscit.* D. 5. a.

οὐκ ἂν λυπηθείης, ἂν βλαβείης, οὐδ' ἀδικηθείης ἄν: *potentialis notam latini Subiunctiuo plerunq; reddunt: Vt, non dolore, neq; damnis neq; iniuria afficiaris.*

κοινωνῶν πραγμάτων: κοινωνέω *Verbum est participandi, regit igitur genitiuum.* C. 7. a.

τῶντε φιλοσοφιῶν οὐκ ἀποδοκιμάζειν: Ordo est. οὐκ οὐδὲ ἀποδοκιμάζειν τὴν τῶν φιλοσοφιῶν (*pro* τὴν φιλοσοφίαν. A. 5. b.) περὶ τὰς ἔριδας: *Repetendum est autem hic* ἀκούω πάντων λεγόντων σε &c. τὴν περὶ τὰς ἔριδας *scilicet* οὖσαν. *Illam quæ in contentione uersatur:* Est *periphrasis Dialecticæ.*

οὐκ οὐδὲ: *Duæ negationes uehementius negant.* I. 5. b.

ἁρμό-

ἁρμόπει, *Quia uerbum conueniendi eſt, regit Datiuum* πρoεσῶσιν. D. 3. b. τοῖς τὸ πλήθος πρoεσῶσιν, *Illis qui præſunt uulgo, hoc eſt, Magiſtratibus.* τὸ πλήθος *genitiuus regitur à participio* πρoεσῶσιν. τοῖς ἔχουσιν *participium actiuum adſciſcit accuſatiuum* τὰς μοναρχίας. F. 5. a.

οὐ γὰρ συμφέρει οὐδὲ πρέπει:

πρέπει *cum Datiuo* τοῖς φρονοῦσι, *ut Paulo ante dictum eſt* D. 3. b. μεῖζον *comparatiuus, conſtruitur cum genitiuo* ἧς ἄλλων. B. 1. b. οὔτ' αὐτοῖς *ſcilicet* πρέπει. πρὸς *contra, adſciſcit accuſatiuum* τοὺς πολιτευομένους, *Latinè, contendere cum ciuibus.* H. 1. a.

τάυτην μὲν οὖν ἀγαπῶμεν:

Ordo eſt. σὲ μὲν οὖν οὐκ ἀγαπῶμεν ταύτην διαβίβην:

παιδείαν τὴν περὶ τοὺς λόγους, *id eſt eloquentiam, ut ſupra,* τὴν περὶ τῆς ἔριδος. G. 2. b. οἷς *relatiuum datiui caſus, regitur à uerbo* χρώμεθα. D. 3. b.

περὶ τὰς πράξεις, *in negotijs* H. 7. b. τὰς προσπιπτούσας, *quæ incidunt, quæ occurrunt, articulus præpoſitiuus cum participio pro relatiuo*

tiuo & uerbo A.8.a. καθ' ἑκάστην ἡμέραν H.2.b. μεθ' ὧν: H.4.a.

περὶ τῶν κοινῶν: *De communibus ſcilicet rebus, negotijs.* H. 6. b. *hoc eſt, de Rep. Sic enim dicunt Græci,* τὸ τῶν κοινῶν καὶ λαβέσθαι καὶ σώζειν, *Remp. & capeſſere & tueri. Et* σώζειν τὰ κοινὰ, *id eſt, tueri & conſeruare Remp. Item conſulere ſaluti Reipublicæ.*

δι' ἡμᾶς νῦν τε δοκεῖς περὶ τῶν μελλόντων.

δι' ἡμᾶς: H. 4.a. περὶ τῶν μελλόντων: H. 6. b. τοῖς ἀρχομένοις *datiuus à uerbo* προσάπτειν *regitur* D. 3. b. πρὸς δὲ τούτοις. H. 1. a.

σωφρονεῖς οὖν ταῦτα μελετῶν:

πρέπει *Verbum concedendi, adſciſcit Datiuos* τῷ τε παρὰ τοῖς ἄλλοις. D. 3. b. *Hoc loco & illud obſeruetur, Quod cum Græci duo coniungunt, quæ eandem uim habent, faciant id per particulam* τε *&* καὶ, *Latini uero per &, &.*

ἐμμένειν *ui præpoſitionis ſuæ,* ἐν, *regit datiuum* τούτοις. *Ad eundem modum &* προσέξειν *genitiuum,* τῶν ἄλλων,

τῇ φρονήσει, *Datiuus cauſæ eſt, qui additur uerbo* προσέξεις. D. 5. a. τοσοῦτον *&* ὅσον πρὸς

πρ, *sese in oratione mutuò sequuntur, ut tantum & quantum.* διενήνοχεν ἁπάντων, *verbum differendi genitiuum adsciscit* C. 7. a. *Est autem* διενήνοχεν *præteritum uerbi* διαφέρω.

ALIVD EXEMPLVM.

ΔΙΑΠΛΑΣΙΣ

ΤΗΣ ΜΟΡΦΗΣ ΤΟΥ
κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
ἐκ τοῦ Νικηφόρου.

ρϑ.

Ἡμεῖς τοι διάπλασις τῆς μορφῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐξ ἀρχαίων παρειλήφαμεν, τοιάδε τις, ὡς ἐν τύπῳ σοφιλαβεῖν, ἦν. ὡραῖος μὲν ἦν τὴν ὄψιν σφόδρα, τήνγε μὲν ἡλικίαν εἰτοῦν ἀναδρομὴν τοῦ σώματος ἐπὶ σωθαμὸν ἦν τελείων. ἐπίξανθον ἔχων τὴν ξίχα, καὶ οὐ πάνυ δασεῖαν, μᾶλλον μὲν οὖν ψιλὴ πρὸς τὸ οὖλον μεξείως πῶς ἀποκλίνοσαν. μελαίνας γε τὰς ὀφρῦς εἶχε, καὶ οὐ πάνυ ἐπικαμπεῖς. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς χαροπούς τινας, ψιλὴ ἠρέμα ἐπιξ=

ἐπιξανθίξοντας. Εὐόφθαλμος δὲ ἦν, ϛ ἐπίρ-
ριν. τὴν μὲν τοι τρίχα τοῦ πώγονος ξανθήν
τινα εἶχε, καὶ οὐκ εἰς πολὺ καθειμένην. μα-
κροτέραν δὲ τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς περι-
έφερεν, οὐδέποτε γὰρ ξυρὸς ἀνέβη ἐπὶ τὴν
κεφαλὴν αὐτοῦ, οὔτε χεὶρ ἀνθρώπου, πλὴν
τῆς μητρὸς αὐτοῦ νηπιάζοντος. ἠρέμα ἀ-
ποκλινὴς τὸν αὐχένα, ὡς μηδὲ πάνυ ὄρ-
θιον καὶ ἐντεταμένην ἔχειν τὴν ἡλικίαν
τοῦ σώματος. σιτόχροος, καὶ οὐ στρογ-
γύλην ἔχων τὴν ὄψιν ἐτύγχανεν, ἀλλ'
ὥσπερ τῆς μητέρος αὐτοῦ μικρὸν ὑποκα-
ταβαίνουσαν, ὀλίγον ἐπιφοινισσομένην, ὅσον
ὑποβαίνειν τὸ σεμνόντε καὶ σωετὸν τοῦ ἤ-
θους, καὶ ἥμερον, καὶ τὸ καθάπερ ἀόρ-
γητον. κτ πάντα δὲ ἦ ἐμφε-
ρὴς τῇ θείᾳ καὶ πανα-
σπίλῳ αὐτοῦ
μητρί.

EFFI-

EFFIGIES FORMAE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. EX NICEPHORO.

POrro effigies Domini nostri Iesu Christi, sicuti à veteribus accepimus, talis propemodum, quatenus eam crassius verbis comprehendere licet, fuit. Egregio is viuidoq; vultu fuit, corporis statura ad palmos prorsus septem. Cæsariem habuit subflauam, ac non admodum densam, leniter quodammodo ad crispos declinantem: supercilia nigra, non perinde inflexa. Ex oculis subflauescentibus mirifica prominebat gratia. Acres y erant, & nasus longior. Barbæ capillus flauus, nec admodum demissus: Capitis porro capillos tulit

tulit prolixiores. Nouacula enim in caput eius non ascendit: neq; manus aliqua hominis, præterquam matris, in tenera duntaxat ætate eius. Collum fuit sensim decliue, ita vt non arduo et extento nimium statu esset. Porro frumenti referens colorem, non rotundam aut acutam habuit faciem, sed qualis matris eius erat, paulum deorsum versum vergentem, ac modicè rubicundum: grauitatem atq; prudentiam cum lenitate coniunctam, placabilitatemq; iracundiæ expertem, præ se ferentem. Persimilis denique per omnia fuit diuinæ & immaculatæ suæ genetrici.

Διάπλασις τῆς μορφῆς &c.

Ἡ μὲν τοι διάπλασις: Ordo est. ἡ διάπλασις τῆς μορφῆς τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ κυρίου ἡμῶν ἥν τοιάδε τις. Verbum substantiuum, ἥν, utrinq; regit nominatiuum. C.5.b. cætera per spicua sunt.

ἐξ ἀρχαίων G. 8.d.

ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν: Vt in summa dicam, seu ut pingui Minerua dicam, Græca Phrasis est.

ὡραίῳ ἦν τὴν ὄψιν: Adiectiuo additur accusatiuus substantiui per Synecdochen. B.8.b.

ἐπίξανθον ἔχων τὴν ζίχα: Participium ἔχων, regit casum sui uerbi. Porrò substantiuo ζίχα, sequentia adiectiua δασεῖαν & ἀπωκλίνουσαν, respondent. A.4.a.

τὴν μὲν τοι ζίχα: Constructio est: εἶχε ξανθήν τινα ζίχα τοῦ πώγωνος. quæ sequuntur facilia sunt, & in priori exemplo examinata.

πλὴν τῆς μικροῦ: πλὴν particula regit genitiuum αὐτοῦ νηπιάζοντος: ipso puerum agente, seu cum adhuc puer esset. Duo genitiui significantes consequentiam. F. 5. b.

ὡς μηδὲ πάνυ ὀρθιον:
ὡς μηδὲ ἔχειν: ὡς cum Infinitiuo, Sententia est, ut non haberet. E. 4. b. & I. 7. a.

ηχὴ ὀυ σροψύλην ἔχων τὴν ὄψιν ἐτύγχανε: ἔχων ἐτύγχανε, pro εἶχε. C. 6. a. Accusatiui, τὴν σροψύλην ὄψιν, à participio ἔχων, reguntur.

τὸ σεμνόντε καὶ σωετὸν τοῦ ἤθους: pro ἡ σεμνότης τοῦ ἤθους ηχὴ σώφεσις, Grauitas morum, & prudentia, &c. Hic multa concreta pro Abstractis ponuntur. A. 6. a. Obseruandum & hoc, ἦθος singulari numero, non de consuetudine tantum, sed animi moribus, contra latinorum morem quoq; dici. ἐμφερὴς τῇ θείᾳ μητρί: Adiectiuum similitudinis cum Datiuo. B. 7. a. ἀυτοῦ μητρί non ἑαυτοῦ μητρί. F. 8. b.

ΤΕΛΟΣ.

τῷ μόνῳ δόξα θεῷ.

DE BEATITVDINE ILLORVM QVI IN DOMINO MORIVNTVR.

AD ORNATISSIMVM IVVENEM, LAVRENTIVM RIGEmannum, *Licentiati Henrici fratrem.*

Συμπάντων γεράτων πατρὸς θεοῦ ἐστὶ μέ=
(γιστον
εὐσεβέως θανέειν.
ὅστις γὰρ θνήσκει ὁσίως, ἀεί ἐστιν ἐκεῖνος
ὄλβιος ἀτρεκέως·
νόσφι μεριμνάων διάγει βίον αἰὲν ἀγήρως
ἐν χόρῳ ἀθανάτων.
ἠδ' ἄντην εἰσορᾷ πατέρα κλυτὸν, υἱέατ' αὐτοῦ
πνεῦμάτε καὶ ἅγιον.
καὶ μετὰ συμπάντων κλείει θεὸν οὐρανιώ=
τῇ ὀπὶ ἀκαμάτῳ. (νων
οὗτος ἔφυ μοῦνος μακάρισμος χ' οὗτος
ὄλβος ἐπιχθονίων. (ἀληθὴς
πρὸς

πρὸς τὸν ὁρῶντες ἐν ἀργαλέοις χαλεποῖσι
καὶ μέσῳ ἐν θανάτῳ. (πόνοισι,
κουφίζουσιν ἑοὺς καμάτους κρυσράστε μερίμ=
χάρμασιν ἐσσομένοις. (νας
τούτων κληρονομεῖ ψυχὴ καὶ τέρψεται αἰὲν
ἐκ ῥεθέων πταμένη.
σῶμα δὲ κοιμᾶται ὑπνὸν γλυκὺν, ἠδ' ἀναμί=
ἠῶ ἐϋστέφανον. (μνει
τῇ πάλιν ἐκ νεκρῶν ἀνορούσει ψυχῇ ἀγαυῇ
ζευχθὲν ὁμοῦ σφετέρῃ.
Ϛ μετὰ τοῦ χριστοῦ ἀναβήσεται εὐρὺν ὄλυμ=
εἰς βίον ἀΐδιον, (πον
αὐτὰρ δυσσεβέες, πάντων ὅσ' ἐπὶ χθονὶ ἕρπει,
εἰσὶν ἀποτμότατοι.
καίπερ νῦν δυνατοὶ γεραροίτ' ὄντες πρὰ πᾶ=
εὐδοκιμοῦσι βροτοῖς: (σιν
εἰσὶν ὅμως δειλοὶ, τάλανες, μωροίτε ἀληθῶς
σφῇσιν ἐν εὐτυχίῃς.
καὶ γὰρ τῶνδε βίος πρὸς ὀδυρμοὺς ἐστι πο=
ἀϊδιούστε γόους. (ρεία
ταῦτα μετὰ φρεσσὶ φραζέσθω θνητὸς ἕκαστος,
ζῆν ὅτις αἰὲν ἐρᾷ.
πάμμακάρ ἐστι μόνως, ὅστις σωτῆρι πιθήσας
θνήσκει εὐφροσύνως.

τέλος.

WITEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES

CRATO.

ANNO M. D. LXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432150-p0178-4

Cm 855.

ULB Halle
004 486 161
3

56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432150-p0179-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432150-p0180-5

ΣΥΝΤΑΞΙΣ

INGVÆ

RAECAE, ITA

MPOSITA ET SELECTIS

xemplis illuſtrata, ut à Græcarum

Literarum Tyronibus utiliter

legi poſsit.

DDITA EST ET

EGVLARVM SYNTAX=

EOS PRAXIS.

Autore

IOHANNE POSSELIO.

on Græca ſimul iunxit documenta Latinis,
c uerè docti nomen habere nequit.

WITEBERGÆ

CVDEBAT IOHANNES

CRATO.

ANNO M. D. LXV.